BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

3 1761 02048730 2

CAENICAE ROMAN. POES. FRAGMENTA

EDIDIT

O. RIBBECK

II

COMICI

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

THE LIBRARY
of
VICTORIA UNIVERSITY
Toronto

SCAENICAE ROMANORVM POESIS

FRAGMENTA

TERTIIS CVRIS

RECOGNOVIT

OTTO RIBBECK.

VOLVMEN II.

COMICORVM FRAGMENTA.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXVIII.

COMICORVM ROMANORVM

PRAETER PLAVTVM

ET SYRI QVAE FERVNTVR SENTENTIAS

FRAGMENTA

TERTIIS CVRIS

RECOGNOVIT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXVIII.

PA
6102
A3
S25
1897
v.2

46162
16-9-1930

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

Printed in Germany

PRAEFATIO

Adornandis comicorum poetarum, quos post anni intervallum tragicos sequi volui, reliquiis utilissimum accessit adiumentum liberalitate viri doctissimi W. Warner Oxoniensis, qui intercedente viro studiorum communione olim mihi coniuncto W. M. Lindsay defuncti amici sui J. M. Onions diligentia congestum apparatum criticum Nonianum transmisit. itaque quod codicum manu scriptorum ad libros Nonii IV—XX, quae ne ederet Onions Parcae manu prohibitus est, testimonia ad comicorum saltem poetarum frusta recognoscenda licuit adhibere, summas virorum illorum benivolentiae habeo et ago gratias. et quoniam hac in parte nondum vulgatis usus sum copiis, largiore manu librorum scripturas de nondum exhausto viri diligentissimi thesauro deprompsi quam ex inpressi voluminis penu communi usui iamiam exposito. nam plenam lectionum congeriem intra huius breviarii angustias coacervare non magis in animo erat quam vetus proecdoseos horreum redintegrare.

Itaque sigla codicum Nonianorum eadem fere quibus Onions usus est frequentius in hoc volumine apparent quam in priore. quorum indicem ne quis amplius desideret hic exponere volui. sunt autem haec:

A = Bernensis alter
B = Bernensis prior
Ba = Bambergensis
C = Colbertinus
D = Parisinus
E = Escurialensis
F = Florentinus
G = Genevensis

H = Harleianus
L = Leidensis
M = Montispessulanus
O = Oxoniensis
P = Parisinus
W = Wolfenbuttelanus
X = Leidensis alter
δ = extracti quos Onions dicit codices ($BaCDMOX$).

Ceterum in recognoscendis poetarum scaenicorum Latinorum reliquiis nec mihi nec aliis me umquam satisfacturum esse non me fugit profecto. quamquam laudatam hodie a multis cautionem sive modestiam sive prudentiam, quae crucibus maxime figendis et cancellis sive saepiculis interponendis et litterarum formis obliquandis cernitur ne septuagenarius quidem adspiro, qui restituere ut posse videor lacera poetarum verba, non temporum hominumque iniuria effectas 'vastitates funerum' exponere proposui. nec fallentur profecto creduli, qui memoriae quam venerantur sanctam speciem infra religiose servatam ob oculos habent. ac feliciori quidem ingenio non nego mehercle largam emendationum meliorum messem relictam esse, ut Buecheleri mei sollertiae et doctrinae multa me in hoc quoque volumine egregie vel constituta vel restituta debere grato animo fateor. sed restant et restabunt semper et in verbis et in numeris excutiendis dubitationum nebulae, quae ne subtilissimarum quidem disputationum aculeis discuti ita possint, ut veritatis lux ipsa appareat. manebunt etiam semper qui quae grammaticae elementis non aperte oppugnent prudenter servanda esse clament, de rerum imagine et sermonum sensibus et personarum coloribus securi.

Itaque cruces suas sibi habento qui ultra librarios sapere non audent: admirarer libentius si cui cautorum istorum hominum vel unam crucem certa emendatione profligare contigisset.

Sed corollarium tertium contexere et disputare de singulis quaestionibus in animo non erat. corrigenda

pauca habeo: primum calami vel operae lapsum, quo vol. I p. VII anni numerus falsus 1878 legitur, qui est 1888; tum in Accii v. 37 seruitiis (non seruitas) habet L, v. 121 sit quod H^1 (non H^2), 263 uti extat in cod., ut in proecdosi notaveram. denique Turpili fabula Epicleros inscribenda erat, non Epiclerus.

At auxit tragicorum reliquias eleganti sensu nuper L. Havet (Revue de philol. 1897 XXI p. 159). nam Cicero de harusp. resp. 39 Clodii exagitans flagitia cum haec protulerit: 'a dis quidem immortalibus quae potest homini maior esse poena furore atque dementia? nisi forte in tragoediis quos vulnere ac dolore corporis cruciari et consumi vides, graviores deorum immortalium iras subire quam illos, qui furentes inducuntur, putas. non sunt illi eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri, quamquam sunt acerbi, quam illa exultatio Athamantis et quam senium matricidarum. tu, cum furiales in contionibus voces mittis . . . . . tum baccharis, tum furis, tum das eas poenas, quae solae sunt hominum sceleri a dis immortalibus constitutae. nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se, denique ipsum corpus tenuissima de causa saepe conficitur. deorum tela in impiorum mentibus figuntur', haec ultima numeris sic comprehensa

Deórum tela in ímpiorum méntibus
Figúntur

tragoediae vindicavit Havetus. quamquam Athamanti Accii cur tribuantur nec in ipsis verbis causa ulla est nec in argumento fabulae illius, a quo insaniae momentum plane alienum fuisse videtur.

Ipsa scaena tragica repraesentatur in anaglypho Arausensi (Gazette archéol. XIII p. 66 tab. XII): altercatio nimirum inter Herculem et Martem, quorum huic adscriptus est senarius

Adésse ultorem náti me credás mei

illi mutilus

. . . virtus núsquam terrerí potest

adsidente in theologeio Iove inter Minervam et Victoriam. priori versui quae subscriptae extant TOR litteras si liceret ad supplendum a sinistra parte qui Herculi appositus est adhibere, facile integrum fieret responsum:

Vltórem? virtus *e. q. s.*

Argumentum scaenae probabiliter divinavit Froehnerus Philol. Suppl. V 25. Occisi nimirum ab Hercule Cycni dum ultionem poscit Mars pater, litigantes fulmine misso dirimit Iuppiter (cf. scut. Herc. 327 sqq.). quae interpretatio cum quadret ad amussim, dolendum sane est, de Latina huius argumenti tragoedia vestigium alterum non extare. Aeschyleam quidem personam Cycnum teste Aristophane ran. 963 novimus, et veterem poetam Latinum arguunt spondei paribus sedibus admissi.

Omissas nescio an futuri sint qui querantur Syri quae feruntur sententias. sed hunc agrum novo conamine repastinandi causa nulla visa est. itaque laborem quem iuvenis umeris debilioribus inposui, tum viginti fere annis maturior factus iterum sustinui, iam pari spatio intermisso senex futuro saeculo, si his in quisquiliis operam consumere etiam iuvabit, laetus transmitto.

Dabam ultimo die anni MDCCCLXXXXVII.

FABVLA PALLIATA

LIVIVS ANDRONICVS

GLADIOLVS

Ἐγχειρίδιον Menandri Philemonis Sophili contulit Duentzerus, idemque militi de hostium caede glorianti his responderi probabiliter coniecit.

Púlicesne an címices an pédes? respondé mihi.

Festus p. 210 M. 'pedes autem pro pediculis — Liuius in Gladiolo: pulicesne' e. q. s. Cf. plenum bestiolarum conventum in Curculione Plauti v. 500.

Septenarium agnovit Fleckeisenus annall. 1861 *p.* 576.

LVDIVS

De fabulae nomine cf. Ritschelius opusc. III 320. Tituli similes *Γόητες* Aristomenis, *Πλάνος* Amphidis.

Córruit quasi íctus secena. — ⟨Sícine?⟩ — Hau multó secus.

Festus p. 330 M. 'scenam genus [fuisse ferri] manifestum est, sed utrum securis an dolabra sit ambigitur. quam Cincius in libro, qui est de uerbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Lyuius in Lydio: corruit' e. q. s. Cf. idem p. 318 'scena ab alis, a quibusdam sacena' ('secena' coni. Gesnerus) 'appellatur dolabra pontificalis.'

scena haut *cod.*: secena *scripsi* (*cf. coroll. p.* VII) *et* sicine *inserui.* scena taurus *x*

VERPVS*

Xenarchi fabula fuit *Πρίαπος*.

. . ornaménto incedunt gnóbiles ignóbiles

Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per c litteram — — Liuius in Virgo: ornamen-

tum' e. q. s. (leuius cod. Virgine Scaliger Virga Duentzerus Auriga O. Guenther ephem. gymn. Berolin. XIV 813. Verpo ipse conieci: an Vargo? Cf. CGl. II 204 'uarguus *βλησός*', scr. 'uargus' (i. e. ualgus) '*βλαισός*.' Naeuius in Lycurgo x)

ornamentu incendunt nobili ignobiles *cod.* ornamento incedunt gnobiles ignobili *O. Muellerus* ornamento incedunt gnobili, *om.* ignobiles, *Scaliger. Versum expleas scribendo* istoc ornamento *vel* ornamento istoc incedunt; *ornamentum autem fortasse mentula est.* ⟨ornati⟩ ornamento i. gnobilid ignobiles *Leo Plaut. Forsch.* 80

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

áffatim

Edí bibi lusi

Pauli Festus p. 11 M. 'affatim dictum a copia fatendi, siue abundanter. Liuius: affatim' e. q. s. Scaligero Homeri Odyss. XV 373 expressa videbantur: cf. Leo l. l. 81. Etiam creticos discribi posse monet Bue

II

uecorde et málefica

Vacérra

Festus p. 375 M. 'uacerram Aelius et alii complures uocari aiunt stipitem, ad quem equos soleant religare; Ateius uero Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, ut sit uecors et uesanus teste Liuio, qui dicit: uecorde' e. q. s. (ad quem equos Vrsinus . . . . . ices excerpta Victorii hoc nomine significari male dictum Vrsinus .um ad male dicendum exc. Victorii male dictum ad male dicendum Vaticani RS ut sit Augustinus et Vrsinus ut est Vaticani RS .. Victorii exc.) Homeri Odyss. II 243 Scaliger, XVII 248 G. Hermannus Elem. 626 expressum putat.

1 . . . corde *Victorius ex Politiani apographo* uecors *Scaliger* malefici *Victorii exc.* 2 uacerra *Scaliger* uecordia *cod.* . . . . uecórde et málefica uacérra *numeris Saturniis Hermannus*

III

Lepus túte es: pulpaméntum quaéris . . .

Vopiscus de Numeriano 13 (scriptorr. hist. Aug. II 221 J. 223 P.) 'ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt

ut eos faciant uetera dicta usurpare. nam et lepus tute es, pulpamentum quaeris' (et post es libri in Terentii eun. 426 praeter Bemb., item Sacerdos CGL VI 453 K., Donatus ad Ter. l. l. et 433) 'Liuii Andronici dictum est, ⟨et⟩ multa alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.' Quae sine iusta ratione in suspicionem vocata sunt: nam trito casci auctoris dicto pro suo uti decet militem.

Q. ENNIVS

CAVPVNCVLA

Cf. CGl. II 116 'coponicula *καπηλεῖον*.' *Καπηλίδες* Theopompi fabula fuit.

huic est ánimus propitiábilis.

Nonius 155, 31 'propitiabilis a propitiando. Ennius Cupiuncula: hinc' e. q. s. (Caupuncula s. Cup. scripsi).

huic *edd.* hinc *ω*, *servari mavult Bue*

PANCRATIASTES

Παγκρατιαστής Alexidis Theophili Philemonis. PANCRATIASTAE Vahlenus inscripsit.

I

Quis ést qui nostris fóribus tam protéruiter —?

Nonius 513, 11 'proteruiter. Ennius Pancratiaste: quis' e. q. s. Priscianus p. 1010 P. 'Ennius proteruiter.' Cf. Plauti Rud. 414 Truc. 256.

quis] qui H^2W propteruiter *Prisciani Reg. Carolir.*, *Nonii P*, *quam formam veram esse praedicabat Bergkius*

II

Cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

Nonius 517, 15 'desubito ... Ennius Pancrasiaste: cum' e. q. s. (Pancrasiastae BaL)

III

Quo núnc me ducis? — 'Vbi molarum strépitum audibis máximum.

Nonius 506, 2 'audibo pro audiam. Ennius Telamone ... idem Panchratiastis: quo' e. q. s.

dicis *BaH* molarium *HW* molarum, *suprascr.* i, *L* molariam *Ba* *An* crepitum *ut Naev.* 114? audiuis *LP*

Quod incertis comoediis olim adscribebatur fr. (Diom. p. 305 P.) ad annales (v. 195) reuocavit x.

CN. NAEVIVS

ACONTIZOMENOS

Cf. *'Ακοντιζόμενος* Dionysii, *'Ακοντιζομένη* Antiphanis.

I

Acóntizomenos fábula est primé proba.

Charisius p. 188 P. 'prime Plautus in ⟨.... item Naeuius in⟩ Acontizomeno: Acontizomenus' e. q. s. (supplevit Fr. Schoellius ad Plauti Truc. 454)

Acontizomenus *cod. De terminatione in* os *vide Ritschelium opusc.* IV 233

II

Huius aútem gnatus dícitur geminum álterum
Falso óccidisse.

Charisius p. 179 P. 'falso Naeuius in Acontizomeno: huius' e. q. s.

III

Súblustri noctu ínterfecit

Charisius p. 185 P. 'noctu diuque Sallustius historiarum secundo: noctu diuque stationes et uigilias temptare. at uero Titinius ... noctu diusque ... Naeuius in Acontizomeno: sulpicii n. i.' (acotizomenos cod.)

sublustri *vel* subluci *conieci.* sulpicii *cod.* *An* suppliciis *vel* supplicem?

AGITATORIA

I

age, né tibi
Med áduorsari dícas, hunc unúm diem
De meód equos sinam ésse. — Tux pax. — Póstea
Currénteis ego illos uéndam, nisi tu uíceris.

Charisius p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria: age' e. q. s. Excerpta Keilii Charisio p. 238 in adn. subiecta: 'tux pax gratulantis': cf. Ritschelius opusc. II 265 sq. 254 'tuxtax' Plautus Pers. 265. Compares Ballionis in Pseudulo v. 371 sqq.

1 atque *CFWMueller prosod. Plaut.* 733 tibi med *Bergkius symb.* I 59, *sed idem opusc.* I 386 *praeterea* áge age, ne tibi me *proposuit.* tibi me *cod.* tibi mihi *ed. pr.* te mihi *Fabricius* me tibi *Gulielmius* 3 demeo sequor *Neap.*, *sed* equos *cod. Bondami* de meo seruos *Bothius* domi meae seruos *x* domi hos equos *Bue mus. Rhen.* 29, 196 sinam ego illos esse *cod.*, *unde* ego illos *expulit Bue* esse *interpretor* edere 4 nisi tu pretio uiceris *Gulielmius in septenario.* *Septenarios ipse olim ediderat* áge ... diem Dé meo securos sinam ego illos esse. t. p. p. Cúrrenteis *e. q. s. lacuna in sexto pede relicta* (*cf. coroll.* VIII): *nunc in summa re concedo Buechelero*

II

Quasi dédita opera quae égo uolo ea tu nón uis, quae
ego nolo éa cupis.

Charisius p. 177 P. 'dedita opera declinari quidem ut nomen potest, sed tamen uim aduerbii retinet. Naeuius in Agitatoria: quasi' e. q. s.

quae ego nolo *ed. pr.* q. (*h. e.* quod) ego nolo *cod.*

III

ego sémper pluris féci
Potióremque habui líbertatem múlto quam pecúniam.

Charisius p. 188 P. 'pluris Naeuius in Agitatoria: ego' e. q. s.

Senarios olim hos proposui: nam líbertatem sémper pluris féci ego Potióremque habui múlto quam pecúniam

IV

eho an uícimus? —
Vicístis. — Volop ⟨est⟩. quó modo? ⊣ Dicám tibi.

Charisius p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria [I] eho idem in eadem: eho' e. q. s.

uolop quomodo *cod.* uolupe est. quo modo? *Bothius* dicam tibi *sollemnem in responsis formulam cum Bothio separavi ab interrogatione* quo modo? *Praemitti poterat, non debebat (cf. Ter. adelph.* 985) ego: *cf. coroll.* VIII *sq. De bisyllaba* uolup *forma disputavit Ritschelius opusc.* II 450

V

Nimium ó, ⟨nimium⟩ arte cólligor. cur re ínquaesita
cólligor?

Charisius p. 186 P. 'nimio pro nimis Naeuius in Agitatoria: nimio' e. q. s.

nimium o, nimium *scripsi* nimio (*semel*) *Charisius, servari suadet Bue* colligôbcurre inq̄sita colligor *cod., corr. Bothius. Cf. Plauti Epid.* 677 'age tu arte colliga'

VI

Secus si úmquam quicquam féci, carnificém cedo.

Charisius p. 195 P. 'secus pro aliter. Naeuius in Agitatoria: secus' e. q. s.

VII

14[1] atque

Charisius p. 204 P. 'atque pro et Terentius in adelphis: atque ex me hic natus non est, sed ex fratre. ubi Acron: argute, inquit, nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. Cn. Naeuius in Agitatoria, sed et in Tarentilla.'

AGRYPNVNTES

I

15 si quidem uís loqui,
Non pérdocere, ⟨hau⟩ múlta longe prómicanda orátiost.

Nonius 65, 3 'promicare, extendere et porro iacere, unde emicare. Naeuius Agrypnuntibus: si quidem' e. q. s.

1 uis loqui *Bothius* loqui uis *ω*, *quod sic servari possit*: si quídem loqui Vis, nón docere 2 oratiost F^3HP oratiosi F^1L

oratio est *W* si quidem loquí uis, non perdúcere, Non (*vel* hau) múlta longe p. oratiost *Bue*, *cui debeo* hau *positum ante*, *quod post* multa *inseruerat Bothius*

II

Nam in scéna uos noctúrnos coepit praémiatores tóllere.

Nonius 150, 28 'praemiatores (praedatores x) nocturni, praedones (cf. CGl. V 645). Naeuius Amnagremnuntius: nam' e. q. s. (Agrypnuntibus Junius)

scena ω scenam *x* praemiatores ω: *merito dubitat CFW Mueller prosod. Plaut.* 463. *Cf. Turnebus Adv.* XV 4. praedatores *x* *Synecphonesin*, *quam versus flagitat*, *non nisi lacuna statuenda effugias*: *comparat* uindemitor *Bue*

APPELLA

Cf. Onom. 'appella *λειπόδερμος*' et scholl. in Hor. serm. I 5, 100. De Iudaeorum inrisione cogitavit Krahnerus (Varronis Cur. 23).

I

Cui caépe edundod óculus alter prófluit.

Priscianus p. 681 P. 'frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Naeuius in Appella: cui' e. q. s. 'Nouius' e. q. s.

edundod *Bue annall. philoll.* 1867 *p.* 68, *probavit Ritschelius nov. exc. Plaut.* I 65 edundo *Sang. Halb.* edendo φ. *Hiatum in penthemimeri senarii fovet Bergkius opusc.* I 385

II

'Vt illum di perdánt, qui primus hólitor caepam prótulit!

Priscianus p. 681 P. 'hae cepae harum ceparum, quamuis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniuntur. Naeuius in Appella: ut' e. q. s. (apella Reg.) Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helveticis p. 106, 26 'Naeuius: illum . . . cepam.'

illam, *om.* ut, *anon. Bern.* di perdant *CFW Mueller* di fer** *Bern. m. pr.* dii ferant *Reg. m.* 2 *Bern. m.* 2 differant *Reg. Bamb. Amien. Halb. Sang.* d*ifferant *Grut.* deferunt *anon. Bern.* dii terant *Aldina* di feriant (*vel* auferant) *Maehly* que *anon. Bern.* primus *Bothius* (*cf. Leo Pl. F.* 138) primum ω primam, *ut scripseram* (*cf. coroll.* IX *sq.*), *CFW Mueller parali-*

pomenon pros. Plaut. p. 97 holetur *Reg.* holitus *Bong.* holit^{or} (*sup. m. alt. in ras.*) *Halb.* holitur *anon. Bern.* olit' *Amien.* olitr̥ *Bamb.* protulit Cepam *Muellerus* protulit *om. anon. Bern.*

ARIOLVS

Cf. *Ἀγύρτης* Philemonis, *Μητραγύρτης* et *Οἰωνιστής* Antiphanis, *Μάντεις* Alexidis. Gellius III 3, 15 'sicuti de Naeuio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem ... unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.' In primo versiculo, qui fortasse prologi erat, de se ipso loqui videtur poeta.

I

Deprándi item leóni ⟨si⟩ obdas óreas

Festus p. 182 M. 'oreae, freni quod ori inferuntur. Titinius ... et Naeuius in Hariolo: deprandi' e. q. s.

item *scripsi* autem *cod.* utei *coni. Bue* leoni si *Vrsinus* leoni *cod.* leoni si autem deprandi *olim edideram*

II

Quis heri ápud te? — Praenestíni et Lanuini hóspites. —
Suópte utrosque décuit acceptós cibo,
Altrís inanem uóluulam madidám dari,
Altrís nuces in prócliui profúndier.

Macrobius Sat. III 18, 6 'nux haec Abellana seu Praenestina ... inde scilicet Praenestinae nuces. est et illud apud Naeuium in fabula Ariolo: quis' e. q. s.

1 qui *Bamb. m.* 2 Lanvini *x* Lanuuini *ω* 2 suopte *Paris. a Bamb. m.* 3 suapte *Bamb. m. pr.* 3 *sq.* altris *utroque loco Geppertus de pronunt. serm. Lat.* 64 *et Roeperus Philol.* XV 294: *probavit Ritschelius opusc.* II 458 alteris *ω* (*cf. coroll.* X *sq.*) 3 bulbulam *i. e.* uuluulam *Geppertus* (*cf. Apicius* 54 *Sch.*) bulbam *ω* *De* uolua inani *vel eiecticia cf. Plinius n. h.* XI 37, 84 madidatam *Scriverius*, *non male*, *si* uoluam *serues.* madidantem *Scaliger* bulgam mandendam *Bentleius* 4 profundier *Scriverius* profundere *ω* nuces in procliui alteris profundere *Bothius.* *Ariolatur Bergkius symb.* I 21

ASTIOLOGA*

Astiologa, i. e. ἡ ἀστειολόγος, scripsi.

Hác sibi próspica, hac déspica

Nonius 155, 25 'prospica et despica, intenta et contemplata (sic Onions. 'contemplare' Bamb. Oxon. 'contempla' φ). Neuius assitogiola: ac' e. q. s. 'potest ergo prospicus et despicus dici.'

hac .. hac *Bothius* ac .. ac ω. *Cf. Lachmannus in Lucr.* 307

CARBONARIA

Nota hoc nomine Plauti fabula.

Tíbi serui multi ápud mensam astant: ílle ipse astat, quándo edit.

Priscianus p. 894 P. 'uetustissimi tamen etiam edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. Naeuius in Carbonaria: tibi' e. q. s. 'non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit σκάζων.' (in carbonaria om. Sang.)

Trochaeos agnovit Ritschelius Parerg. I 98

CLAMIDARIA

Clamidaria, i. e. Chlamydaria.

Neque ádmodum a puerís abscessit néque admodum adulescéntulust.

[Sergii] explan. in Donatum CGL IV p. 559 'admodum ... quaesitum est num pro ualde usque dicamus, et in usu fuit ... apud Naeuium in Clamidaria: neque' e. q. s.

a
.p. ueris *cod.* abscessit *cod.* adolescentulus est *cod.* *Variati in voce* admodum *accentus elegantia pereat, si trochaeos dimetiaris*

COLAX

Prologi in Terenti eun. 25 haec sunt: 'Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam, Parasiti personam inde ablatam et militis. Si id est peccatum, peccatum inprudentiast Poetae, non quo furtum facere studuerit. Id ita esse uos iam iudicare poteritis. Colax Menandrist, in ea est parasitus colax Et miles gloriosus: eas se hic non negat Personas transtulisse in Eunuchum suam

Ex Graeca: sed eas ab aliis factas prius Latinas scisse sese, id uero pernegat.' De quibus instar omnium Ritschelii in Parerg. I 99 sqq. disputatio est. Loquentem cum milite parasitum habemus fr. I: nam ille Herculem Victorem se ipsum esse gloriatus decumas bonorum sibi a parasito quoque flagitaverat offerri, cui hic iocabundus respondet, rei alienae quidem decumas ei se iam polluxisse publice indicanda scilicet eius nomine cena Herculana. De pollucendi more disseruerunt Henzenus mus. Rhen. V 71 sqq. et Mommsenus CIL I p. 149 sq. et ad n. 1175.

I

Qui décumas partes? quántum ⟨mi⟩ aliení fuit,
Pollúxi tibi iam públicando epulo Hérculis
Decumás.

Priscianus p. 874 P. 'polluceo polluxi ... Naeuius in Colace: quid' e. q. s.

1 qui (*i. e.* quomodo) *ψ* quid *Barb.*, *Hermannus opusc.* II 280 mi *Hermannus*, *om.* *ω* alienum *Bong.* 2 polluxi *Hermannus* polluxit (poluxit) *ω* iam *Hermannus* a *ω* epulo ... decumas *om. Sang.* herculi *Bamb.* *Varia frustra molitur Bergkius opusc.* I 537. *Cf. coroll.* XI *sq.*

II

30 ét uolo

Et uéreor et facere ín prolubio est ...

Nonius 64, 10 'proluuium .... Neuius Colace: et uolo' e. q. s. Comparant Aristophanis ran. 1425: *ποθεῖ μέν, ἐχθαίρει δέ, βούλεται δ' ἔχειν.* Sane incerti animi fluctuatio hic quoque describitur.

2 prolubio *edd.* proluuio *ω*

III

et ásseri

Laudés ago, cum uótis me multát meis,
Quod praéter quam mihi uéllem audibam hoc éminus.

Nonius 462, 32 'multare cum sit condemnare, positum est augere, uoti compotem reddere.'

1—3 *restituit Hermannus opusc.* II 279 1 adseri *Ba L* 2 multat *Hermannus* multatis *ω* 3 quam uellem audiebam hoc mihi

ennius *ω*, *nisi quod* hennius *LP* (*cf. coroll.* XII) eminus *ed.* 1496 audiebat hoc mihi *et ut alterius quod exciderit fragmenti auctor* Ennius *Kiesslingius* et affatim Laudes ... multas m. | Quod p. q. velle audebam, hoc mihi annuis *Quicherat*

IV

Vbi uídi, exanimabíliter timedus pédibus protinam mé 35
dedi.

Nonius 376, 12 'et quoniam non nulli ueterum pro eo quod protinus est protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt ... Neuius in Colace: ubi ... dedi, id est pedibus longius fugi.'

timedus *LPW* tamedus *BGH* timidis *Aldus Manutius*, *Hermannus opusc.* II 279, *accepit Ritschelius opusc.* II 245 protinam Me dedi *Hermannus*

COMMOTRIA

Cf. Photii bibl. 530, 13 *ὅτι τὰς νῦν λεγομένας κουρίδας οἱ Ἀττικοὶ κομμωτρίας ἐκάλουν*. Fuit *Κουρίς* Antiphanis et Alexidis.

carere 35[1]

Varro de l. l. VII 54 M. 'in Menaechmis: inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Idem hoc est uerbum in Commotria Naeuii.' (Commotria Turnebus Adv. XXIII 16 cometria Vindob. ometria Guelf. cemetria Flor. Goth. Haun. cametria Paris. a comedia Paris. b Cosmotria Aldina Cosmetria Bothius neuii Flor.)

COROLLARIA

Cf. *Στεφανοπώλιδες* Eubuli.

I

nólo ego
Hanc ádeo efflictim amáre: diu uiuát uolo,
Vt míhi prodesse póssit.

Charisius p. 178 P. 'efflictim Naeuius in Corollaria: nolo' e. q. s. 'ubi Probus: usque donicum effligatur.' Haec autem non grammatici, sed poetae ignoti verba esse coniecit Ritschelius opusc. II 241: vide infra pall. inc. fr. LVII.

II

Vltró meretur, quam óbrem ametur: íta dapsiliter
suós amicos
Alít.

Charisius p. 178 P. 'dapsiliter.'

ultro Merétur *Bothius* ametur: 'Ita *Keilius. Nec trochaei placent*: meretur Quamóbrem *In coroll.* XII *transposui*: meretur ultro .. ametur: 'Ita

III

Riuális, salue. — Quíd 'salue'? attat áttatae! —
Quid istúc uero ⟨'attat'⟩ te áduertisti tám cito?

Charisius p. 214 P. 'attattat attatae' cf. Tarentilla fr. V Paulus Richter de usu part. exclam. in Studemundi stud. I 407 sqq. 414.

1 quid salue attattattat attatae riualis salue *cod.*: *ordinem et numeros constitui* 2 quid istud uero te aduertisti *cod.*, *sed* a te *ed. pr.* at tatae *Fabricius* attat *Jos. Bach de usu pronom. dem. in Studemundi stud.* II 229 *Correxi olim*; *post cognovi Bentleium ad Ter. Andr.* I 1, 98 *sic formata exhibere*: quid attattatattatae? Riuális, salue. quid istud attatae aduertisti tam cito?

IV

. . . . . utinam nasum ábstulisset mórdicus!

Charisius p. 184 P. 'mordicus Afranius ... Naeuius in Corollaria ...'

V

Núm ⟨tu non uis móneam te unum, sí uidetur,⟩
quíppiam?

Charisius p. 192 P. 'quippiam Naeuius in Corollaria ...' (Tarentilla ed. pr.)

num non uis te moneam unum, si uidetur, quippiam *Putschius, quae unde hauserit non constat.* num quippiam *om. ceteris cod.* nam quippiam *ed. pr., om. Fabricius* numne nunc uis te moneam unum *e. q. s. x*

VI

Nímis homo formídulosust. 45

Charisius p. 186 P. 'nimis Naeuius ... idem in Corollaria: nimis' e. q. s.

formidulosus est *cod.*

VII

st', tace,

Caue uérbum faxis!

Charisius p. 214 P. 'st' (ita Fabricius et Putschius. it cod.)

1 st tace *Hauptius Philol.* I 376 setale *cod.* st tale *Fabricius*

VIII

Haec démolite! 48

Diomedes p. 395 P. 'demolio ... Naeuius in Corollaria h. d. inquit.'

IX

diuidiaest

Varro de l. l. VII 60 M. 'in Mercatore [615]: non tibi istuc magis diuidiaest quam mi hodie fuit. hoc idem est in Corollaria Naeui. diuidia ab diuidendo dicta, quod diuisio distractio est doloris.' hoc eadem est in corollaria neuius Flor. cum ceteris libris, ut hoc eodem usust videatur corrigendum esse. hoc itidem et in Corollaria Naeuius O. Muellerus eadem in corollaria Naeuius Bergkius symb. I 158 non Varronem, sed lectorem aliquem statuit adscripsisse, hoc a correctore in margine videri positum fuisse, quo significaretur hocedie in versu Mercatoris, non hodie legendum esse, Naevium vero plane eodem versiculo usum fuisse. Quae omnia quam sint incerta nemo non sentiet. Cf. Fulgentius 565, 3.

X

confestim

Charisius p. 177 P. 'confestim ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.'

XI

trit

Charisius p. 213 P. 'trit Naeuius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam, crepitum polentarium, id est peditum.' s. autem uocem murum ed. pr., nescio an

recte (cf. Iuventius v. 9), ut altera illa, ad quam Plauti in Curculione II 3, 16 adpellatio quadraret, exciderit: fuit autem fortasse prox (cf. Pseud. 1279). Cf. praeterea inc. fab. VIII.

DEMENTES

Cf. *Μαινόμενος* Diphili.

49 Animaé pauxillulum ín me habet.

Diomedes p. 335 P. 'habeo et habito dicimus, ut apud Naeuium in Dementibus: animae' e. q. s.

habet *testatur Diomedes* habitat *ω*

DEMETRIVS

Cf. *Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος* Alexidis quaeque Kockius II p. 313 adnotavit.

persibus

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio: persibus a perite, itaque sub hoc glossema *callide* subscribunt.' Cf. inc. fab. IX. Pauli Festus p. 336 M. 'sibus, callidus siue acutus.'

DOLVS

Cf. *Δόλων* Eubuli. Klussmannum refutavit M. Hauptius Philol. I 375.

Caperáta fronte

Varro de l. l. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo: caperata fronte, a caprae fronte.' doloreste cod. B Spengelii caperrata Flor. Cf. Varronis satura Eumenidum fr. I; alia exempla composuit Roeperus in comm. Gedanensi a. 1850 p. 14 sq.

caperrata *Flor.* (*v. supra*), *quod si verum est*, *Naevius e. c. sic*: capérrata ille frónte *scripsisse potest*

FIGVLVS

Nímis auarus

Charisius p. 186 P. 'nimis Naeuius .... idem in Figulo: nimis auarus.'

GLAVCOMA

Cf. Alexidis *Ἀπεγλανκωμένος*.

〈Veníbam〉 quom de opsónio, stiló me pupugit ín manum. 50 51

Priscianus p. 894 P. 'pungo pupugi uel punxi ... Naeuius in Glaucoma: quod' e. q. s. (Neuius libri)

quod *ω* de eo *Putschius* eo *Erl. b* opsinio *Sang. Grut. Carolir.* obsonio *φ* mi in manum pupugit *ω*: *an* mihi p. m.?

GVMINASTICVS

Gvminasticvs: nominis formam vindicavit Ritschelius opusc. II 483. 520: cf. fr. VI. VIII

I

In álto nauem iúbet 〈is〉 destitui ánchoris.

Nonius 280, 1 'destitui est desolari. destitui rursum statui.'

iubet *ω*, *quod servata contra Plautum Ennium ceteros vetere mensura spondiaca Naevium scribere potuisse Buechelerus annall. philoll.* 1867 *p.* 68 *sibi persuasit.* lubet ei *coni. x* iube tu *scripseram* destitui iubet ancoris *Vrbin.* 308 in alto destitui anchoris nauem iubet *Bothius* iubet in alto nauem d. a. *prop. x*

II

〈Díc〉 utrum est melius: uírginemne an uíduam uxorem dúcere? —

Vírginem, si músta est.

Nonius 136, 7 'mustum non solum uinum, uerum nouellum quidquid est, recte dicitur. Neuius Gemnastico: utrum' e. q. s.

1 *Cf. Plauti Stichus* 118 *sq.* ne an uiduam uxorem *om. L*

III

Edepól, Cupido, cúm 〈tu〉 tam pausíllu's, nimis multúm uales. 55

Nonius 421, 25 'cupido .... cum masculino, deum ipsum ...'

tam pausillus (pauxillus *H* pauullus L^1) sis *ω* tu's tam pausillus *Luebbertus stud. gramm.* II 139 tam sis pauxillus *Bothius* tam p. cum sis *Havet* quoniam tam pausillu's *ad sententiam minus quam ad litteras quadret*

IV

Hómines, pecua béluasque

Nonius 159, 5 'pecua et pecuda, ita ut pecora, ueteres dixerunt.'

V

Sáxa siluas lápides montes dísicis, dispúlueras.

Nonius 95, 27 'dispuluerare est dissoluere.'

disicis *suasi coroll.* XIII *sqq.* dissicis ω

VI

Atque meís bonis omnibus égo te herem faciám . . . . .

Nonius 486, 31 'herem (heredem Bamb. Leid. 116) pro heredem. Neuius Gymnastico: atque' e. q. s. (Geminastico Bamb.)

anapaestos agnovit Bue herem *H corr. m.* 1, *edd.* heredem φ atque ego te meis herem omnibus faciam bonis *Bothius* bonis 'Omnibus te ego *x*

VII

'At enim tu nimis spísse ac tarde incédis . . . . .

Nonius 392, 15 'spissum significat tarde . . .'

ac *scripsi* atque ω: *cf. Leo Pl. F.* 303

VIII

60 Pol haút parasitorum áliorum ⟨hic⟩ similést . .

Nonius 224, 25 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum Titinius Fullonibus [34]. Naeuius Gemnastico: pol' e. q. s. (gemnastico L gemmastico, i. e. geminastico BGH)

haut *Bentinus*, *Fruterius* aut ω simile est *Nonius, quod tuetur Bue decl. lat. p.* 8, *mus. Rhen.* 29, 196 similist *Ritschelius opusc.* II 616 (*qui tamen ibidem* 331 *probavit quod ediderat* simil est), *Lachmannus in Lucr.* 29 *cf. Leo Pl. F.* 258 *Iambos dedit Hermannus opusc.* V 267, *trochaeos* pól ⟨ille⟩ *e. q. s. Ritschelius* (*coroll.* XVI) *prop.* *Claudere versum* homo *potuit, e Titinii exemplo repetendum*

LAMPADIO

Cf. Ritschelii opusc. III 318.

protinam

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio ... in Lampadione: protinam, a protinus, continuitatem significans.' Coniectura referri ad hanc fabulam possit inc. inc. fab. LXXIX.

NAGIDO

Nagido i. e. *Ναγιδενής*.

clucidatus

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio ... in Lampadione ... in Nagidone: clucidatus, suauis, tametsi a magistris accepimus mansuetum.' (nagidone Flor. Goth. agidione Haun. agidone cett. Certum est littera *N* incipere hunc titulum.) Cf. Pauli Festus p. 55 'clucidatum dulce et suaue dicebatur.' CGl. II 34 'glocidatus, *ἡδύς*'.

clucidatus, *i. e.* glucidatus *Scaliger* caudatus *Paris. b Vind. Basil.* caudacus *Flor.*

NAVTAE?

supparus

Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum] — — puni[ceum uestimentum ita uo]cat neui de [bello Puni]co. et in nautis [uocat Neptuno u]estem consec[ratam — —]' e. q. s. Supplementa Ursini incertissima sunt; nec quidquam aut de fabula aut de verbis Naevii affirmari potest. Cf. Festus p. 340 v. siparium. Isidorus orig. XIX 3, 4 'siparum genus ueli unum pedem habens' e. q. s.

NERVOLARIA

Plauti fuit fabula cognominis.

. praecisum omásum pernam cállus glisis glándia 65

Nonius 151, 1 'praecisum et omasum partes carnis et uiscerum. Naeuius Neruolaria: praecisum' e. q. s. (Ennius ms. Junii, de Plauto cogitabat Ritschelius Parerg. I 96 Neruolaria Ritschelius herularia HL erularia W Aulularia ante Mercerum Ecularia conl. Alexidis *Ἱππίσκος* aut Ferularia prop. Bue)

Nolim praécisum atque omásum: *nam variis modis initium versus suppleri potest, e. c.* em *vel* iam *praemittendo* callus *Mercerus* gallus ω callum *ed.* 1526 clifis *FL* glissis *Urbin.* 307 glifis *HW* glires *ed.* 1526 glandia *edd.* grandia ω

PAELEX

Cf. *Παλλακή* Alexidis Menandri Diphili.

Desíne socri tuo, frátri patruelí meo

Nonius 223, 21 'socrus et masculino genere ueteres dici posse uoluerunt.' (Pellice Bothius pellico libri)

desine, *sc. male dicere* desim *Bothius* socrui *P* socru *Quicherat* socro *Bothius* patrueli *Guietus* patrui ω

PERSONATA

Festus p. 217 M. 'Personata fabula quaedam Naeui inscribitur, quam putant quidam primum [actam] a personatis histrionibus. sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperint, ueri similius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam nouam per Atellanos, qui proprie uocantur personati, quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.'

Hoc dixit Verrius: actam esse hanc fabulam ab Atellanis, qui proprie dicantur personati. Nam multo ante quam comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, Atellani soli eo habitu agebant, postea autem soli deponere eas cogi non poterant. Cf. hist. poes. Rom. I² 210 Fr. Marx encycl. Paul. I² 1916

PROIECTVS

Proiectvs i. e. Expositus. Cf. Plauti Cist. 124.

I

. . . populus pátitur, tu patiás . .

Diomedes p. 395 P. 'item patio Naeuius in Proiecto: populus patitur, inquit, tu p. moro item Naeuius in eodem [II].' (in prolecto Monac.)

patias *Paris. A* non pacias *Par. B* potior *Monac.* patias

modo *edd. vett.*: *vide supra. Sententia haec fuisse potest*: quod populus pátitur, tu patiás item

II

. . . . . quíd moras? — Quid ⟨iam⟩ ímperas?

mores *Par. B* quia imperas *Par. A Monac.* quā peras *Par. B* quid imperas *edd. vett.*, *quod magis placet.* quin imperas? *amici prop.*

QVADRIGEMINI

. . . suo labóri nullus párcuit.

Nonius 153, 22 'parcuit, pepercit.'

labori *edd.* laboris *ω* labori is *x*. *An* suos labores?

STALAGMVS

Visám: deo meó propitio méus homo est. 70

Donatus in Ter. Phorm. I 2, 24 'deo irato meo] uidetur ... addidisse meo, ne esset *ἀμφίβολον* cui diceret: irato deo. Naeuius in Stalagmonisa deo' e. q. s. Neuius Lugd. Hemnius Dresd. Stalagmonisa deo Cuiac. stalagmonis Adeo Lugd. Stalagmoīs adeo Gand. stalignionis adeo Dresd. Stalagmus servi nomen ex Captivis notum post alios Bothius agnovit.

uisam. deo *scripsi* nisa deo *vel* nis adeo (*v. supra*) *ω* mussa. deo *Bue* nisi iam deo *x* *fortasse* homo ⟨illic⟩ est *vel* ⟨hic⟩ est homo *dederat poeta*

STIGMATIAS

praebia

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona..... in Stigmatia: praebia, a praebendo ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris.' (a prohibendo ... pueri Bergkius opusc. I 392 cf. Festus p. 234. 238)

TARENTILLA

Cf. *Ταραντῖνοι* Alexidis. Adulescentes duo dum peregri, Tarenti ni fallor, rem paternam disperdunt (VI: cf. IV. V), inproviso a patribus visuntur (VIII: cf. IX. X). Quorum alterius amica erat Tarentilla (fr. II. XI). Duobus adulescentibus duo adiuncti fuerunt servi (fr. VIII). Reconciliantur patres certis legibus, ad quas fr. XII pertinet.

I

Quae ego ín theatro hic meís probaui plaúsibus,
Ea nón audere quémquam regem rúmpere:
Quantó libertatem hánc hic superat séruitus!

Charisius p. 192 P. 'quanti, cum interrogamus nec emimus; quanto, cum emptam rem quaerimus. atqui Cato ... o quanti ille agros, inquit, emit ... Naeuius in Tarentilla: quae' e. q. s.

3 *An* hanc haec?

II

Quáse in choro ludéns datatim dát se et communém facit.
'Alii adnutat, álii adnictat, álium amat, aliúm tenet.
'Alibi manus est óccupata, álii percellít pedem,
'Anulum dat álii spectandum, á labris alium ínuocat,
Cum álio cantat, át tamen alii suó dat digito lítteras.

Isidorus Orig. I 25 'Ennius de quadam impudica [1—5].' Pauli Festus p. 29 M. 'adnictat, saepe et leuiter oculo annuit. Naeuius in Tarentilla [2].' Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'adnictare, nutum cum oculis facere. Liuius [2].' Ibidem 372 'componitur adnictitare ·i· cum palpebris innuere, sicut facimus designando aliquid cum palpebris, unde Plautus [2].' Ibidem 376 'nuto componitur adnuto ... unde Plautus [2].' Gloss. Amplon. 254 'et componitur adnicitare i. e. cum palpebris innuere ... Plautus: alii adnitat, alii adnicitat.' Cf. CGl. V 44 'adnictare, inuitare arridere.' Paulo auctore Naevium pro Ennio apud Isidorum posuit Arevalus. Similia quamquam re diversa sunt Antiphanis (inc. fab. fr. VII M. 234 K.) *σφαῖραν λαβών Τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα, Τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν Κλαγκταῖσι φωναῖς κ. τ. λ.* Inprimis cf. Plauti Asin. 775 sqq.

1 quase *scripsi* quae 'alii' *libri ap. Arevalum* quasi *teste Jos. Kleinio Wolfenb. Monac. Par.* 7582 in choro *scripsi cum Buechelero* in choro pila *ω* pila In choro *Bothius* ludens] pilam *Dziatzko mus. Rhen.* 31, 378 se *Otto* sese *ω* 2 *sic Pauli Festus, probavit Lachmannus in Lucr.* 249. alii adnutat alii adnucitat (adnicitat 377) aliud tenet aliud amat *thesaurus* 372 *et* 376. alii adnictat alium tenet alium amat *idem* 54 alium tenet alii (alium *Gu.* 4 *Wolfenb.*) innuit (annuit *suprascr.*

Gu. 4 adnotat *Par. Mon. corr. Wolf.*) *Isidorus* amat *erit fortasse qui* hamat *interpretetur* 3 alibi] alii *Gu.* 2 illi alii *CFWMueller prosod. Plaut.* 592. *scribendum fortasse* alii pede percellit *Dacerius* peruellit *ω* alium percellit pede *x* 4 anulum dat alii *Mueller*, *quo vitetur hiatus.* anulum alii dat *Bothius* alii dat anulum *ω* spectandum *Bothius* (*cf. Plauti Asin.* 778) expectandum *Wolf. Monac. Paris. Gudiani* aspectandum *φ* 5 alii suo dat *scripsi* aliis (alias *corr. m.* 2 *Monac.*) dat *ω* dat aliis *Bothius* alii ducit *x* *Isidorus vel auctor eius fortasse textum legit, in quo septenarii in senarios commutati erant, quos tales fere fingi posse olim monui*:

quase in choró pila
Ludéns datatim dát se et communém facit.
Aliúm tenet, alii ádnuit, alibí manus
Est óccupata, alií pede (*vel* at álii) percellít pedem,
Alií dat anulum áspectandum, isdem á labris
Alium ínuocat cumque álio cantat, át tamen
Alií dat digito lítteras.

cf. Meinekius Menandri et Philem. rel. p. 75

III

Facéte et defricáte 80

Charisius p. 178 P. 'defricate.'

IV

. utrubi cenáturi estis, hícine an in triclínio?

Charisius p. 198 P. 'utrubi'

cenaturis *nominativum pluralem commendavit Ritschelius nov. excurs. Plaut.* I 114: *potest tamen vel* cenaturin *sive* útrubi nam *sive* útrubi uos *sive* útrubi, dic *fuisse vel initio versus monosyllabum ut* sed *sive* dic *excidisse*; úterubi *Kiesslingius*

V

. . . . attáttatae! caue ⟨né⟩ cadas amábo.

Charisius p. 213 P. 'ei ei Naeuius in Tarentilla ... atattatae idem in eadem ...' Cf. inc. fab. XIII.

ne *addidi* (*cf. Plauti Most.* 324), *om. cod., etiam Bentleius ad Ter. Andr.* I 1, 98 amabo *edd.* ambo *cod.*

VI

. . . ubi isti dúo adulescentés habent,
Qui hic ánte parta pátria peregre pródigunt?

Charisius p. 189 P. 'peregre pro peregri Naeuius in Tarentilla: ubi' e. q. s.

VII

85 uereor sério

Charisius p. 195 P. 'serio pro uere.'

VIII

Sálui et fortunáti sitis dúo duum nostrúm patres!

Charisius p. 102 P. 'duum ... Naeuius in Tarentillā: salui' e. q. s.

sitis *om. ed. pr.*

IX

Eí ei: etiamne aúdent mecum una ápparere? . . .

Charisius p. 213 P. 'ei ei.'

etiamne *Keilius coniecit* etia am se *cod.* audent mecum una *Fabricius*: me coram *malim.* audent In e cum una *cod.*

X

Quá pro confidéntia ausus uérbum cum eo fúerim
Fácere rusus

Charisius p. 193 P. 'rursus negant dici debere, sed rursum, ut iterum. Maro tamen rursus * inueni. nam is' (Naeuius?) 'in Tarentilla: qua' e. q. s. ('Maro tamen, Scandunt rursus equum. Naeuius in Tarentilla' Fabricius 'Maro tamen, Rursus in arma feror; Scandunt ... et tamen in locis Naeuii rursus inuenimus. nam is in T.' Putschius 'apud ueteres etiam rusus inuenimus: Naeuius in T.' coni. Keilius)

1 pro *cod.* porro *ed. pr.* usus uerbum cum eo fuerim facere (*om.* rusus) *cod.*, *correxi* (ausus *iam Putschius*) rursus uerbum cum eo ausim facere *ed. pr.* qua pro confidentia Rúsus uerbum cum eo facerem? *coni. Keilius*, *probat Ritschelius opusc.* II 260

XI

Númquam quisquam amíco amanti amíca nimis fiét 90
fidelis,
Néc nimis morigera ét deuota quísquam erit . . . .

Charisius p. 186 P. 'nimis.'

1 siet *Fabricius* 2 erit moriger et nota *cod.* (morigera *edd.*) morigere morata *Bue* nec erit nimis morigere nata (*olim* morigera et uota) *coni.* mulier uiro *in exitu suppleas*

XII

Prímum ad uirtutem út redeatis, ábeatis ab ignáuia,
Dómi patres patriam út colatis pótius quam peregrí
probra.

Charisius p. 189 P. 'peregri autem, cum in loco est. Plautus in Persa: qui erus peregri est. Naeuius in Tarentilla: primum' e. q. s. (näe naeuius cod.)

1 redeatis *Fabricius* redactis *ed. pr.* reductis *cod.* 2 domi *scripsi* domos *cod.*, *tuetur Bue decl. lat.* 29: *sed cf. CFWMueller prosod. Plaut.* 175 *sq.* patres] praesens *ed. pr.* probra *scripsi* probro *cod.*

XIII

confestim

Charisius p. 177 P. 'confestim, uelut competenti festinatione . . . confestim pro continuo et sine interuallo . . . Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.'

XIV

atque

Charisius p. 204 P. 'atque pro et ..... Cn. Naeuius in Agitatoria [VII], sed et in Tarentilla.'

XV

pallucidum

Varro de l. l. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona. .... in Tarentilla: pallucidum, a luce illustre.' tarentilli Flor. pallucidum Klussmannus, quod ioci causa ex pal-

lore et lucido compositum puto, A. Lentzius Philol. XIII 601 hybrida originatione ex *παν* et lucido conflatum eademque notione qua est praelucidus usurpatum esse statuebat. pacui dum Flor. pacuuius dum Paris. a pacuuii dum Goth. Haun. praelucidum O. Muellerus, quod in hac glossarum serie minus etiam probabile est quam pellucidum. Buechelerus dilucidum proposuit. Cf. coroll. XVII.

TECHNICVS

Tecinicus nominis formam commendavit Ritschelius opusc. II 483, dolosum uel insidiosum interpretans p. 499.

confictant

Varro de l. l. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona..... in Technico: confictant, a conficto conuenire dictum.' confictant Turnebus conficiant *ω* confictant conuenire Naevio tribuit Bergkius conficto a confingere conieci. a conficto, inuenire Bue.

TESTICVLARIA

Cf. Ritschelius Parerg. I 141.

94 Immó quos scicidi in iús conscindam atque ábiciam.

Priscianus p. 890 P. 'scindo scidi: uetustissimi tamen etiam scicidi proferebant .....' Cf. inc. fab. VI.

scicidi in ius *scripsi* scicidi minus (*h. e.* in iuus) *Grut. Sang. et corr. alt. m. in* scicidimus *Bong.* sciscidimus *Reg.* conscindam, n *in ras.*, *Barb.* concidam *x*, *recte ut vid.*

TRIBACELVS*

95 Deos quaéso ut adimant ét patrem et matrém meos.

Donatus in Ter. Adelph. IV 1, 5 'moriatur scilicet. et hoc aduersus seruum debet dicere, ne indecorum adulescentis personae sit haec ita dixisse, quamuis eius modi adulescentes inducant comici, ut Naeuius in Tribacelo: deos' e. q. s. (Neuius Lugd., cuius Dresd. tribacelo scripsi tribascelo ed. Mediol. tribaselo cod. Lugd. tribasello Gand. ter baselo Dresd. Triphallo Bothius) cf. Plauti Most. 233.

adimant *Dresd.*, *edd. Rom. Vind.* adimantur *Lugd.* adiuuent *Gand.*, *edd. Med. Tarv.* et matrem et patrem *Lugd.*

TRIPHALLVS

Cf. Varronis satura *Τρίφαλλος περὶ ἀρρενότητος.*

Si cúmquam quicquam fílium rescíuero
Argéntum amoris caúsa sumpse mútuum:
Extémplo illo te dúcam, ubi non déspuas.

Gellius II 19, 6 'aliter enim dictum esse resciui aut rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum inuenimus, quam super is rebus, quae aut consulto consilio latuerint aut contra spem opinionemue usu uenerint. Quamquam ipsum scire de omnibus communiter rebus dicatur uel aduersis uel prosperis uel insperatis uel expectatis. Naeuius in Triphallo ita scripsit: si' e. q. s.

1 si cumquam *conieci antequam proposuit Bergkius: olim initio versus thesin (e. c.* at) *excidisse statueram.* si umquam *ω* sin u. *x* umquam si *Carrio* 2 amori *Rott.* sumpse *Fruterius, Carrio* sumpsisse *Reg. Vat.* sūpsiſse (use *corr. in* isse) *Rott.* 3 *de pistrino et de capistro molentium ori adfixo interpretatur Gronovius* te illo *Bothius: cf. Skutsch Plaut. et Rom.* 138

TVNICVLARIA

I

Théodotum

Compeíles . . qui áras Compitálibus
Sedéns in cella círcumtectus tégetibus
Larés ludentis péni pinxit búbulo.

Festus p. 230 M. 'penem antiqui codam uocabant — — dictum est forsitan a pendendo. Naeuius' (neut' cod. teste H. K.) 'in Tunicularia: Theodotum' e. q. s. 'significat peniculo grandi, id est coda.' Acumen horum versuum in eo positum videtur, quod trivialem nulliusque artis tabulam picturus tamen quasi divinum opus esset aggressus undique se circumsaepsit Theodotus. Hunc autem cautissimum et optime munitum virum ex ipsa aede furari posse callidus fur dicitur. 'Ludentes' lares saltantes intellexit H. Jordanus annall. instituti archaeol. 1862 p. 338 (cf. mythol. Rom. II 112).

2 compeiles *scripsi* compellas *cod.* compella *Scaliger lacunam expleas vel* sanctas *vel* nuper *inserendo* aris *Maehly,*

item susp. H. Jordan (*'Vesta et Lares.' Berolini* 1865 *p.* 19) Theódotum, cumulans qui aras *Bue* 3 circumtectus *O. Muellerus* circumtectuas *cod.* circumtecta *Scaliger* circum tectos *Maehly*: *facilius* circumtectas, *scil.* aras, *probaverim*

II

éxbolas

Quássant aulas.

Varro de l. l. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona ..... in Tunicularia: exbolas quassant aulas' (aulas quassant Goth.), 'quae eiciuntur, a Graeco uerbo ecbole dictum.'

III

105 eius nóctem nauco dúcere

Festus p. 166 M. 'naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis — — — et Naeuius in Tunicularia: eius' e. q. s.

nauci *Bothius*

INCERTARVM FABVLARVM

I

Patí necesse est múlta mortalés mala.

Hieronymus ad Heliodorum epist. LX 14 (t. I 349) 'Naeuius poeta pati, inquit, necesse est m. m. m.'

mortales *Sauppius Philol.* 21, 157 *ex codice Guil. Libri saec.* 7 *vel* 8, *ubi* mortales est (*sed* est *compunctum*) *legitur.* mortalem *vulgo*

II

Dictátor ubi currum ínsidit, peruéhitur usque ad óppidum.

Varro de l. l. V 153 M. (deficit hic Flor.) 'in circo primum unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naeuius oppidum appellat. carceres dicti, quod coërcentur equi ... quod ad muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poëta: dictator' e. q. s. Inter belli Punici fragmenta a multis falso relatum. Cf. coroll. XVIII.

curru *conieci* insidet *Fleckeisenus*

III

Etiám qui res magnás manu saepe géssit glorióse,
Cuius fácta uiua núnc uigent, qui apud géntes solus
praéstat,
Eum suús pater cum pállio unód ab amíca abduxit.

Gellius VII 8, 5 'Scipionem istum, uerone an falso incertum, fama tamen, cum esset adulescens, haud sincera fuisse et propemodum constitisse, hosce uersus a Cn. Naeuio poëta in eum scriptos esse: etiam' e. q. s. 'His ego uersibus credo adductum Valerium Antiatem aduersus ceteros omnis scriptores de Scipionis moribus sensisse.' Desunt in Par. et Rott. Cf. Fleckeiseni Epist. crit. ad M. Hertzium p. 29.

1—3 *septenarios iambicos agnovit Klussmannus* 1 magnas manu saepe *ω*, *probavit Bue quoque lat. decl.* 49 manu magnas saepe *vel* manu saepe magnas *Fleckeisenus l. l.* magnas manu sua *Bergkius symb.* I 108. saepe egit *Palmerius*; *ego conieci* per gessit gloriose *coroll.* XVIII 3 palliod unod *Bue annall. philoll.* 1867 *p.* 68 *et Ritschelius excurs. nov. Plaut.* I 65, *quorum ille tamen hiatum in caesura non repudiavit.* pallio uno *ω* pallio uno saepe *Bergkius* amica *deteriorum pars* amico *ceteri cum Vat.* pallio ab amico abduxit uno *Klussmannus Parum probabilem horum versuum distributionem proposuit CFW Muellerus prosod. Plaut.* 200

IV

regum fíliis
Línguis faueant átque adnutent, néc ⟨animis⟩ subséruiant.

Fronto epist. II 10 p. 33 Nab. 'item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait [fr. II G.]: quí data fide firmata fidentem fefellerint Súbdoli subsentatores, regi qui sunt proximi, Qui áliter regi dictis dicunt, aliter in animo ⟨autem⟩ habent. Haec enim olim incommoda regibus solis fieri solebant: at enim nunc adfatim sunt qui et regum filiis, ut Neuius ait, linguis' e. q. s.

regum filiis *utrum Naevii an Frontonis sit dubitari potest* nec *scripsi* (haut *olim*) Et *initio noui laterculi cod. teste Studemundo ad Klussmanni emend. Front. p.* XXVI animis *suppl. Bue* at sibi re *fuit cum conicerem*

V

Líbera linguá loquemur lúdis Liberálibus.

Pauli Festus p. 116 M. 'Liberalia Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur *Διονύσια*. Naeuius: libera' e. q. s.

VI

113[1] Pantaleo Pisatilis

Festus p. 210 M. 'Pisatilem appellat Naeuius Pantaleontem, id est e Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.' Paulus p. 211 M. 'Pisatilem Naeuius dixit e Pisis oriundum.' Pisalitem Festi cod. Pisatem Lindemannus. Pisatidem Meinekius Del. anth. Gr. 239. Heraclides Politiarum c. 6 (hist. Graec. II p. 213 M.): *Πανταλέων ἐβασίλευσεν ἐν τούτοις, ὑβριστὴς καὶ χαλεπός. οὗτος πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας ἑκτεμὼν ἠνάγκασε καταφαγεῖν τοὺς ὄρχεις.* Cf. Pausanias VI 21, 1. Fortasse in Testicularia huius tyranni mentio facta est.

VII

Tantum íbi molae crepitúm faciebant, tíntinnabant cómpedes.

Festus p. 364 M. 'tintinnire est apud Naeuium hoc modo: tantum' e. q. s. Paulus p. 365 M. 'tintinnire et tintinnabant Naeuius dixit pro sonitu tintinnabuli.' Fortasse ipse poeta quid in carcere passus sit enarrat: cf. Arioli fr. I.

ubi *Vaticani RS* strepitum *Kiesslingius propter Ennii com. v.* 4. molae Crepitúm *e. q. s. Bue*

VIII

115. utrum scapulae plús an collus cálli ⟨mi⟩ habeat, néscio.

Nonius 200, 25 'collus masculino ..... Neuius Cor: utrum' e. q. s. (Naeuius Colace Junius Animadv. VI 10 'e codice suo', Hermannus opusc. II 279. fort. Corollaria)

utrumne *Kiesslingius* uerum *x: expleverit primam syllabam e. c.* sed *vel* nam *vel* (*ut Bue*) quod plus angulus *FL* habeat calli *Hermannus*

IX

'Ecqui fuerit pérsibus, cum argénti adest orátio?

Festus p. 217 M. 'persibus' (ita Scaliger Coni. in Varr. 160 persicus cod.) 'peracutum significare uidetur, ut Plautus — Naeuius: et qui' e. q. s. Cf. Demetrius.

et qui fuerit persicus carpenti adstratio *cod.*, *in quibus* adest ratio *latere videbatur Augustino*, captanda est ratio *Dacerio*, carpenda est ratio *Bothio* (carpenti adstratio *invicem tueri sentit Bue*) *Cf. Paroem. gr.* II 727 *χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπραπτείτω λόγος*

X

Non hércle apluda est hódie quam tu néquior.

Pauli Festus p. 10 M. 'apluda est genus minutissimae paleae frumenti siue panici, de qua Naeuius: non' e. q. s. Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'appluda, sorbitiuncula ex paleis facta. Naeuius: non' e. q. s.

est hodie apluda nequior quam tu *thesaurus*

XI

Péssimorum péssime, audax, gáneo lustro áleo!

Pauli Festus p. 29 M. 'aleonem aleatorem.' Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 30 'hic aleo, nis · i · ille qui assidue cum aleis ludit, unde Naeuius: pessimorum' e. q. s.

lurco *Pauli Wolfenb.*, *Bothius* audax] euax *ab altero exclamari potuisse olim monui*

XII

Vagus ést et lustro

Thes. nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 313 'hic lustro, nis · i · ille qui uagus est et nihil agit nisi fora lustrat, unde Naeuius de quodam: uagus, inquit, est et lustro'.

XIII

Risi égomet mecum cássabundum ire ébrium. 120

Varro de l. l. VII 53 M. 'apud Naeuium: risi' e. q. s. 'cassabundum a cadendo.' (Neuium Flor. Ennium Goth. Haun.) Placidi glossa in CGl. V 52: 'cassabundum, dubitantem titubantem.' Cf. IV 29. 316.

XIV

Cócus edit Neptúnum Cererem . . . . . .

'Et Venerem expertám Volcanom, Líberumque obsórbuit Páriter.

Gloss. Vatic. et Cassin. in CGl. V 521. 565 'Ceres frumentum uel panem, Liber uitem uel uinum, Venus libidinem uel olera, Neptunus aquam uel pisces, Vulcanus ignem uel solem significant.' cocus . . . obsorbuit, id est cocus comedit pisces et panem et olera cocta ad ignem et uinum pariter bibit.' Pauli Festus p. 58 M. 'cocum et pistorem apud antiquos

eundem fuisse accepimus. Naeuius: cocus, inquit, edit N. Venerem Cererem. significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera.' Thes. nov. Lat. l. l. VIII 131 'et notandum quod coquus et pistor idem apud antiquos dicebantur, unde Ennius: coquus ... Venerem.'

1 *sqq. Versus constituit Landgraf in Woelfflini arch.* 9, 172 *sq.* 1 Venerem Cererem *Paulus* 2 experta *Cassin.* uulcanum *Cassin.* uulcano *Vat., praefert Bue* 3 pariter obsorbuit *Cassin.* p. absorbuit *Vat.*

XV

. . petimine porcino qui méruerat

Festus p. 209 M. 'petimina in umeris iumentorum ulcera — eo nomine autem et inter duos armos suis quod est aut pectus ('nectos' cod.) appellari solitum testatur Naeuius in descriptione suillae ('sullae' cod.) quom ait: petimine' e. q. s.

porcino *Dalecampus in Plin. n. h.* II 37 piscino *cod.* *An* qui Piceno? (*cf. Martialis* XIII 35 filia Picenae uenio Lucanica porcae) meruerat: *cf. coroll.* XIX

XVI

penita offa

Festus p. 242 M. 'penitam offam Naeuius appellat absegmen carnis cum coda: antiqui autem offam uocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem.' Idem 230 'penem antiqui codam uocabant. a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita uocatur.' Cf. Arnobius adv. gent. VII 24, 230.

XVII

123 Mérula ⟨mea⟩ sandéracino ore!

Festus p. 325 M. 'sanderacam [ait esse genus coloris,] quod Graeci sa[ndycem appellant.] Naeuius: meru[la sanderacino ore.]' Paulus p. 324 M. 'sandaraca genus coloris.'

mea *metri explendi causa inserui: sic blandiri puellae amator potuit* sandaracino *Paulus*

XVIII

bilbit ámphora

Pauli Festus p. 34 M. 'bilbit factum est a similitudine sonitus, qui fit in uase. Naeuius bilbit amphora inquit.'

Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 67 'et bilbo, is. uerb. neut. ·i· sonitum facere ad similitudinem noui musti et nouae cereuisiae, quando spumescit in dolio, unde Naeuius bilbit amphora inquit.' ibidem p. 77 'bilbire dicitur uinum quando spumat et sonat spumando.' Cf. Philoxeni gloss. CGl. II 29, 50. 38 'bilbit *βομβύζει*' et 'bilibit *ἐπισκιασμὸς φωνῆς*.' Adde V 171, 23.

amphora inquit *Naevio tribuit O. Muellerus*

XIX

An náta est sponsa praégnas? uel aï uél nega. 125

Diomedes p. 370 P. 'aio uerbum ... de cuius imperatiuo non nulli ambigebant. uerum dictum est ai, ut Naeuius alicubi: an' e. q. s. Priscianus p. 875 P. 'aio ... imperatiuus in i terminans ... Naeuius: an' e. q. s. p. 906 P. 'aio ... imperatiuo in i terminante. sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naeuium protulisse: an' e. q. s. idem paulo infra 'quod autem in aliis' (sc. personis, dicit de prima sing. et tertia plur.) 'corripitur' (vocalis a), 'ostendit usus ... Naeuius: an' e. q. s. (neuius Reg. Bong. ennius Bamb. Halb. Sang. Grut. Carolir.)

an est nata *Diomedes* est sponsa est *Carolir. Prisc.* 875

XX

Vél quae sperat sé nupturam uíridulo adulescéntulo,
'Ea licet senîle tractet détritum rutábulum.

Festus p. 262 M. 'rutabulum est quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia [utuntur.] Nouius in Pico — — Nauius obscenam uiri partem describens: uel quae' e. q. s. (Naeuius vulgo Nouius Augustinus)

1 *Malim* quaé desperat uiridulo *scripsi* uiri *cod.* diuiti *coni. Bue* adolescentulo *Vrsinus* adulescentulos *cod.* uel quae desperat nupturam se uiro adulescentulo *Bothius* 2 detritum *x* retritum *cod.* (*cor.* XIX)

XXI

Sónticam esse opórtet causam, quam óbrem perdas múlierem.

Festus p. 290 M. 'sonticum morbum in XII significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa, quem non nulli putant

esse qui noceat, quod sontes significat nocentes. Naeuius ait: sonticam' e. q. s. Paulus p. 291 M. 'sonticum iustum. Naeuius: sonticam' e. q. s.

XXII

Haec quídem hercle, opinor, praéfica est: nam mórtuum collaúdat.

Varro de l. l. VII 70 M. 'praefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier ad luctum quae conduceretur, quae ante domum mortui laudeis eius caneret ... quibus testimonium est quod fretum est Naeuii: haec' e. q. s. quod tritum est Bue quod facetum (vel facete dictum) est conieci: certe quod est non oblitterandum, cf. e. c. 15. 28. 46. Pauli Festus p. 223 M. 'praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naeuius: haec' e. q. s.

haec quidem] equidem *coni. A. Spengel* mehercle *Paulus* nam *Varro* quae sic *Paulus* (*unde alterum septenarium incipere voluit Ritschelius Parerg.* I 99) quasi *conieci. Placent numeri Bothiani*

XXIII

130 Quíd si taceas? dúm ⟨modo⟩ uideat, tám sciat quid
131 scriptúm siet.

Festus p. 360 M. 'at antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut Naeuius: quid' e. q. s.

Numeros sequor Bothianos quod *Vatic. R* qui *mg. Vrsin.* taceas *scripsi: cf. Plauti Bacch.* 35 taceat *cod.* quod *Vatic. R* siet *Bothius* sit *cod.*

XXIV

butubatta

Pauli Festus p. 36 M. 'butubatta Naeuius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.'

XXV

concipilauisti

Pauli Festus p. 62 M. 'concipilauisti dictum a Naeuio pro corripuisti et inuolasti.' Cf. G. Loewii Prodrom. XIII.

XXVI

consponsi

Varro de l. l. VI 70 M. 'qui idem faciat obligatur sponsu,

consponsus. hoc Naeuius significat cum ait consponsi.' ('quidem faciat obligatur sponsus' ω, corr. Spengelii. neuius Flor. De titulo fabulae 'Consponsi' cogitat A. Spengel.) Pauli Festus p. 41 M. 'consposos antiqui dicebant fide mutua colligatos.' Cf. Romuli fr. II.

XXVII

. . . . depúit me miseram ád necem. 134

Thes. nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 175 'depuire uerberare. Naeuius: depuit' e. q. s. Cf. PauliFestus p. 70 M. 'depuuere, caedere. Lucilius: palmisque misellam depuuiit me.'

depuit *thesaurus*, *prob. Solmsen Stud. z. lat. Lautgesch.* 166

XXVIII

Ingúrgitauit úsque ad imum gútturem.

Nonius p. 207, 20 'guttur neutri est generis ... masculino Plautus ... Lucilius ... Neuius: ingurgitauit' e. q. s. Novio olim dederam (fr. XIV).

XXIX

. ánimum amore cápitali compléuerint

Fronto epist. p. 27 Nab. 'litterae ad me tuae ... non satis proloqui possum ut animum meum gaudio in altum sustulerint, desiderio fraglantissimo incitauerint, postremo, quod ait Neuius, animum a. c. compleuerint.' Olim inter Noviana (fr. IX) rettuleram.

compleuerint *an quod in cod. est* conpleuĕrunt *an plane alia forma usus sit Naevius, incertum: cf. Leo Pl. F.* 280

XXX

nunc prímulum

Amásco.

Diomedes p. 334 P. 'amo ueteres inchoatiuo modo amasco dixerunt ... Naeuius: nunc p. a.' Neuius Monac. nevios Pariss. AB, ut fortasse Nouius fuerit.

1 *sq.* primolum *Parisini AB Monac.* amasco primulum *Forcellinius*

Adde praeterea Afranii inc. fab. XXVII.

TRABEA

EX INCERTIS FABVLIS

I

Léna delenita argento nútum obseruabít meum,
Quíd uelim, quid stúdeam. adueniens dígito inpellam iánuam:
Fóres patebunt. de ínprouiso Chrýsis ubi me aspéxerit,
'Alacris obuiám mihi ueniet cómplexum exoptáns meum,
Míhi se dedet: Fórtunam ipsam anteíbo fortunís meis.

Cicero Tusc. disp. IV 31, 67 'aliter enim Naeuianus ille gaudet Hector: laetus sum' e. q. s. 'aliter ille apud Trabeam: lena ... dedet. quam haec pulchra putet, ipse iam dicet: Fortunam ... meis.'

3 fori' patebit *Bentleius* *Versus* 5 *particulas coniunxit Bentleius*

II

'Ego uoluptatem ánimi nimiam súmmum esse errorem árbitror.

Cicero Tusc. disp. IV 15, 35 'quae' (appetitio nimia) 'si quando adepta erit id, quod ei fuerit concupitum, tum ecferetur alacritate, ut nihil ei constet quod agat, ut ille qui uoluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur.' In quibus Trabeae versum latere perspexit Bentleius. Cicero ad fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis laetus. In quo cum obiurgarer quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam: ego uoluptatem animi nimiam.' Idem de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit.' Idem poetae dictum vide an respiciant illa Ciceronis ad Paetum IX 21 'ain tandem? insanire tibi uideris, quod imitere uerborum meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses. cum uero etiam uincas, me prius inrideas quam te oportet. quare nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius *ἀπότευγμα* meum.' Paetum Trabeae versu quodam usum esse quo significaret non succedere ipsi quod aggressus erat, coniecit

Manutius; immo ipsam illam imitandi insaniam vel *ἀπότευγμα* nimiam sibi esse animi voluptatem videtur Paetus scripsisse.

animi] homini *cod. ep. ad fam.* errorem] aegrorem *Bentleius, quod verum non esse apparet loco ad fam.* II 9 arbitror *Bentleius. Trabea quo verbo usus sit nescimus: fortasse* autumo *scripsit*

ATILIVS

MISOGYNOS

Menandri fabula *Μισογύνης* fuit.

Cicero Tusc. disp. IV 11, 25 'odium mulierum quale in misogyno Atili est.'

EX INCERTIS FABVLIS

I

Suam quoíque sponsam, míhi meam: suum quoíque amorem, míhi meum.

Cicero ad Att. XIV 20, 3 'cum . . . scripsissem ad eum' (Brutum) 'de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit sibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare sine quaeso sibi quemque scribere. Suam cuique' e. q. s. 'non scite: hoc enim Atilius poëta durissimus.'

cuique (*bis*) *edd.* quoque (*bis*) *Med.*

II

Pér laetitiam líquitur animus. 2 3

Varro de l. l. VII 106 M. 'Aurelius scribit delicuum esse ab liquido, Claudius ab eliquato. si quis alterutrum sequi malet, habebit auctorem apud Atilium: per l. l. a. A liquando liquitur fictum.' (Accilium Turnebi cod. Attilium Haun. Caecilium cod. B) Nisi forte ex Electra Atilii haec petita sunt: cf. Soph. El. 871 *ὑφ' ἡδονῆς τοι, φιλτάτη, διώκομαι κ. τ. λ.*

liquitur *verbi mensuram monstravit Bue annall. philoll.* 1869 *p.* 488. 536: *cf. Plauti Trin.* 243

III

Cape caéde, Lyde, cóme conde . . .

Varro de l. l. VII 90 M. 'apud Atilium: cape' e. q. s. 'cape, unde accipe; sed hoc in proximo libro retractandum.' (Acilium cod. B)

cede *Flor.* Lyde *edd. vulg.*, *probavit Lachmannus in Lucr.* 324 lide *ω*, *tuetur O. Muellerus* elide *susp. Spengelius* lude *Scaliger* dide *Palmerius* come *Bue* coëme *intellegi vult* conde] tunde *Turnebus*

AQVILIVS

BOEOTIA

Cf. *Βοιωτία* Antiphanis Theophili Menandri.

I

Vt illúm di perdant, prímus qui horas répperit,
Quique ádeo primus státuit hic solárium!
Qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
Nam ⟨unúm⟩ me puero uénter erat solárium
Multo ómnium istorum óptumum et ueríssumum:
Vbiuís monebat ésse, nisi quom níl erat.
Nunc étiam quom est, non éstur, nisi solí lubet.
Itaque ádeo iam oppletum óppidumst soláriis,
Maiór pars populi ⟨iam⟩ áridi reptánt fame.

Gellius III 3, 4 'alias probauit' (Varro) 'adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit sicuti istam quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia. nam cum in illis una et uiginti non sit et esse Aquili (aqli, i scr. supra q, Vat. Rott.) dicatur, nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, si uel hos solos ex ea fabula uersus cognouerit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti' ('Plauti' delendum videtur) 'more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsi-

mus. Parasitus ibi esuriens haec dicit: ut illum di perdant' e. q. s. Cf. Ammianus Marcellinus XXIII 6, 77 'uenter unicuique' (Persarum) 'uelut solarium est, eoque monente quod' (quom?) 'inciderit editur' XIX 8, 8 'arida siti reptantes' (v. 9). Cf. Hertzius rament. Gellian. V p. 18 et Herm. 8, 286. Disputavit de Gelliano capite Ritschelius Parerg. I 83 sqq. 123 sqq. 208. De solariorum mentione vide nunc quae Ostermayer de hist. fab. in com. Pl. p. 57 et Leo Pl. F. 138 monuerunt.

4 unum *Hertzius*, *om.* ω olim *Ritschelius* nam me puerulo *Bentleius* (puello *Hertzius*) ueter ψ (*cf. cor.* XX) 6 ubiuis *scripsi* ubi iste ω ubiuis ste *Hertzius*, *prob. Fleckeisenus*, *sed cf. Skutsch p.* 146 ubi ubi *cum edd. vett. Ritschelius* iuste *Bue* usque is *Goetzius* ubi is non *conieceram* *Integra sententia excidisse videtur CFW Muellero l. l.* 364 7 quom *Bothius* quod ψ quid *Rott.* estur *edd. vett.* est ω 8 oppidum est *Hermannus* est oppidum ω 9 popli pars *Bothius* iam *Hertzius olim*, *om.* ω arida *ad Ammiani exemplum Hertzius* ut a. reptent *Ritschelius*

II

Vbi prímum accensus clámarat merídiem

Varro de l. l. VI 89 M. 'accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam Aquilii esse dicunt, hoc uersu: ubi' e. q. s. (Aquilii Turnebus alii libri. Cf. Ritschelius Parerg. I 11 sq.)

clamant *Guelf.*[1] clamarit *Laetus* clamauit *Osannus*: *an* clamabat?

LICINIVS IMBREX

NEAERA

Cf. *Νέαιρα* Timoclis et Philemonis. Vel miles vel parasitus assentator amatae eius dicere videtur.

Nolo égo Neaeram té uocent, sed Nérienem,
Cum quídem Mauorti es ín conubiúm data.

Gellius XIII 23 (22), 16 'praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius Imbrex, uetus comoediarum scriptor, in fabula quae Neaera scripta est ita scripsit: nolo' e. q. s. 'Ita autem se numerus huiusce uersus habet, ut tertia in eo nomine syllaba contra quam supra dictum est corripienda sit, cuius

sonitus quanta apud ueteres indifferentia sit notius est quam ut plura in id uerba sumenda sint.'

1 neaerem *Lugd.* neaera *Germ. Petav.* neaere *Par.* *De formae* Nerienem *mensura cf. Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 32 2 quandoquidem *Bothius* quoniam quidem *Fleckeisenus* Mauorti *scripsi* Marti ω ē *Voss. Germ.* ē *Petav.* *Numeros iuvabit qui* es ípsi in coniugiúm (*s.* concubium, *ut prop. Luchs stud.* I 72) data *scripserit*

CAECILIVS STATIVS

Servavi ordinem nominum qualem indicat Gellius IV 20, 13, quamquam Statius Caecilius appellatur in Hieronymi chronico (cf. de praenom. c. 4).

AETHRIO*

Aethrio vel Aetherio. Aetherium Iovem intelligebat Spengelius p. 6 Amphitruoni non multum dissimilem fabulam fuisse coniciens; et deorum sane partes in ea fuisse videntur secundum fr. IV, nisi forte metonymice Mercurius dicitur: ipsum adeo Amphitrionis nomen optimi libri Nonii commendant, quod reciperem, nisi Festi et Diomedis obstarent testimonia. Aeschrionem Apollodori Caecilius transtulisse videtur Meinekio hist. cr. 461. Aethrionem saturam Varronianam a Nonio p. 91 laudari incerta coniectura opinatus est Vahlenus anal. Non. 27.

I

De nócte ad portum súm prouectus prósumia.

Nonius 536, 12 'prosumia nauigii genus. Caecilius Meretrice ... idem Aethrione: de nocte' e. q. s. (antrione HL¹W amphitrione Ba χ, Junius)

a portu *Quicherat* prouectus *Baχ* profec *W* profectus φ

II

Ei périi: quid ita número uenit? fúge domum.

Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium — — celeriter. Caecilius in Aethione: ei' e. q. s. (Aethrione Vrsinus)

perii *vulgo* peri *cod.* fuge *Augustinus in mg.* fuce *cod.* hei perii! ⟦ quid ita? ⟦ numero uenit. ⟦ fuge domum! *Spengelius*

III

Orám reperire núllam, qua expediám, queo.

Festus p. 182 M. ‘orae extremae partes terrarum, id est maritimae dicuntur, unde et uestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in ethrione usus est pro initio rei, cum ait: oram’ e. q. s.

qua *Spengelius* quam *cod.*, *tuetur Lachmannus in Lucr.* 223

IV

Cúm Mercurio cápit consilium, póstquam sentinát satis.

Festus p. 339 M. ‘sentinare, sat agere, dictum a sentina, quam multae aquae nauis cum recipit, periclitatur. Caecilius in ethrione: cum’ e. q. s. Paulus p. 338 M. ‘sentinare, sat agere, dictum a sentina nauis, quam quis ut aqua liberet euacuare contendit. itaque sentinare est subtiliter periculum uitare. Caecilius: capit’ e. q. s.

An post consilium *gravius interpungendum*, *reliqua oratio ut non absoluta sit?*

V

. actutum, uóltis, empta est: nóltis, non empta ést . . 5

Diomedes p. 381 P. ‘apud veteres reperimus id quod nolumus, non uultis * ut est in Aethrione apud Caecilium: actutum uultis’ e. q. s. (sic edidit H. Keilius. in etherione apud lucilium Pariss. A B Monac. in etheriore apud lucilium ‘ms. cod.’ C. Scioppii apud lucilium edd. vett. apud Caecilium Statium I. Beckerus Philol. IV 78)

Supplere possis áge iam *vel* agite actutum *recenti m. ascriptum in Monac.* acti*um *Paris. A* actiuum *Paris. B Mon., om. edd. vett.* empta Noltis *‘ms. cod.’ C. Scioppii* non emo *vel* non erit, *ut senarius fiat*, *Bue Septenarium vel* eadem erit *vel* est item *concludere potuit*

ANDREA

Andria Caecili num recte feratur dubitat Ritschelius Parerg. I 133, quod cum ex Graecis Menandria sola nota sit, si eandem, quam Caecilius olim dederat, repetere ausus esset Terentius, vix ei in prologo de ea re tacere licuisset. Sed Andrea potest vel *Ἀνδρέας* vel (cum Dziatzkone) *Ἀνδρεία* in-

tellegi, ne de Androgyno, quod compendio scriptum fuerit, dicam.

Condúcit nauem pútridam . . . .

Nonius 152, 17 'putidum, putre ... Caecilius Andrea: c. n. p.'

putidam *Vrbin.* 307, *edd. cf. Lachmannus ad Lucr.* 3, 871

ANDROGYNOS

Ἀνδρόγυνος Menandri?

I

Sepúlchrum plenum taéniarum, ita út solet.

Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno: sepulchrum' e. q. s. (lucilium Vaticani RS.)

uti solet *vel* ut adsolet *praestat fortasse*

II

Séd ego stolidus: grátulatum méd oportebát prius.

Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus — — Caecilius in Hypobolimaeo — et in Andronico: sed' e. q. s. (Androgyno Augustinus)

med oportebat *Bothius* me ... oporteat *cod.* tibi me oportebat *Umpfenbachius*

ASOTVS

Ἄσωτοι fuerunt Antiphanis et Eutychis, *Ἄσωτος* Timostrati. Amicam, ni fallor, noctu clanculum a se in domum paternam ductam esse narrat adulescens asotus fr. I, de eodem fr. II patri sermo est vel cum sene amico vel cum servo. Obsonantis sumptus tanguntur fr. III. Parasitum loquentem habes fr. V et VI.

I

nam ego

Duábus uigiliís transactis dúco desubitó domum.

Nonius 517, 13 'desubito ... Caecilius Asoto: nam' e. q. s. (asato Bamb. item fr. II. III. VI. VII)

1 nam] eam *Scaliger* me *ante* ego *quidam inseri voluit*
2 ducor *vir doctus in Stephani exemplari* *Fortasse cum Bue continuandus octonarius*

II

Ad amícos curret mútuatum. — Mútuet
Mea caúsa.

Nonius 474, 1 mutuet mutuum sumat. Caecilius Asoto: ad' e. q. s.

1 *sq. septenarium continuare maluit cum Bothio Spengelius*
2 causa mea *in octonario Quicherat* *An sibi ipse respondet?*

III

Iam dúdum depopulát macellum

Nonius 471, 16 'populat est et passiuum populatur...'

depoplat *in senario O. Brugmanus p.* 48

IV

Tun iám callebis, ílle festus désidet?

Nonius 258, 10 'callet etiam dictum a callositate.'

tun *scripsi* tunc *B* tum φ tu *vulgo* festum *Palmerius* fessus *Scaliger*

V

Meretíssimo hic me eiécit ex hac décuria. 15

Nonius 139, 19 'meritissimo. Turpilius Paraterusa [II] Caecilius Asoto: meretissimo' e. q. s. ('Turpulius paraterus meretissimo' mediis omissis Bamb.) Cf. Plauti Pers. 143.

meretissimo *Ba* meritissimo φ

VI

Nihílne, nil tibi ésse quod edim? . . .

Nonius 507, 4 'edim pro edam.'

nihil nehil H^1L nihilne *Ba* nihilne nihil φ edim *edd.* dedi H^1 edi φ

VII

Nihíl fore opino intér me atque illum . . .

Nonius 475, 4 'opino pro opinor ...'

Iambos discripsit Spengelius, trochaeos posito nil *Bothius*
opinio *Ba* me *Ba H* mea φ

CHALCIA

Fr. I fortasse ad eundem senem referendum est, de quo in cognomine Menandri fabula *Χαλκεῖα* haec (III) dicuntur: *οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀθλιώτερον Οὐδὲν γέροντος πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν· Ὃς γὰρ ἀπολαύειν βούλεθ' ὧν ἀπολείπεται Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔστ' ἄθλιος;*

I

18 Sat híc uicinus †se as peperisset †uobis
19

Nonius 464, 22 'parere etiam uiros dici posse Caecilius auctor est Chalciis: sat' e. q. s. 'dictum id prudenter et mutuatum ab Homero: *αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτιπτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.*' (Chalciis Spengelius Calchis libri dictum id prudenter et mutuatum Grauertus Anal. 111 datum id prudente mutuatum libri datum. Id prudenter mutuatum, ut datum Caecilii esset, Bothius. datum. Dictum id prudenter et natum Spengelius.

ait hic *Grauertus* ait *Bentleius* se eas *Bentleius* se has *Bue* eas *vel* autem eas *Grauertus* saeuas *vel* seruas *latere potest*, asses *olim scripsi* peperisset *scripsi* perisse (perasse *Ba*) et *ω* peperisse *Aldus* peperisse e *Bentleius* p. se *Grauertus* uobis *initio uersus seq. Grauertus* bonos *vel* bonas *vel* leuis *vel* bonis *latere dubitanter suspicor*

II

numquid nám fores
20 Fecére soniti?

Nonius 491, 25 'soniti et sonu pro sonitus et sono Pacuuius Duloreste: quidnam ... Caecilius Calcis: nam quidnam' e. q. s. (Chalciis Junius)

1 *Licet cum Bue septenarii partem* númquid nam f. f. s. *continuare* numquid nam *Grauertus* nam quidnam *ω* nam quid *Bothius*, *non inprobatum Spengelio*, *qui tamen ipse* nam quid iam *vel* nam quid nunc *proposuit*. *Conici etiam* numquid iam *vel* nunc quidnam *possit* fortes *W* 2 facere *Ba W*

CHRYSION

'Chrysion' (immo Crusion) non 'Chrysius' scribendum esse vidit Spengelius p. 6: cf. inc. fab. XXXVI. In Antiphanis Chryside (II) habes: *τέτταρες δ' αὐλητρίδες Ἔχουσι*

μισθὸν καὶ μάγειροι δώδεκα Καὶ δημιουργοὶ μέλιτος αἰτοῦσαι σκάφας.

. . quamquam ego mercéde huc conductús tua
Aduénio, ne tibi me ésse ob eam rem obnóxium
Reáre: audibis mále, si male dicís mihi.

Gellius VI 17, 13 'quis adeo tam linguae Latinae ignarus est, quin sciat eum dici obnoxium, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari et noceri possit, et qui habeat aliquem noxae, id est culpae suae conscium? . . . qua uero ille grammaticus finitione usus est, ea uidetur in uerbo tam multiplici unam tantum modo usurpationem eius notasse, quae quidem congruit cum significatu, quo Caecilius usus est in Crysio in his uersibus: quamquam' e. q. s. (Crysio in Reg. Vat. csio in Rott.) Coquus loquitur.

1 hac ad ductus *Rott.* 2 obnoxium ob eam rem *Rott.* 3 dicis *Vat.* dixis *Carrio*

DARDANVS

Δάρδανος Menandri?

Nil Spéi ego credo, ómnis res spissás facit.

Nonius 392, 15 'spissum significat tarde.' (tardano BGH)

nil Spei ego *scripsi* (*eodem verborum ordine Lindsay class. rev.* X 1896 *p.* 425) nihil ego spei H^3LW (ei *ante* ego *fuit cum inseri vellem*) nihil rei ego BGH^1 nil égo spei credo, quom *prop. quidam* spissa BP

DAVOS

Ea túm conpressa párit huic puerum, síbi probrum.

Festus p. 229 M. 'probrum, stuprum, flagitium — — Caecilius in Dauo: ea' e. q. s. Dardano suspicatur Spengelius p. 5, sed cf. Ritschelius Parerg. I 143.

DEMANDATI

Si úmquam quisquam uídit quem catapúlta aut balista
ícerit

Nonius 124, 6 'icit significat percutit, ab ictu . . .'
quam FH^1

EPHESIO

Cf. Ἐφέσιος Menandri.

Tum equidem ín senecta hoc députo misérrimum,
Sentíre ea aetate eúmpse esse odiosum álteri.

Nonius 1, 2 'senium est taedium et odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio. Caecilius in Efesione tum' e. q. s. (Ephesio: nae tum Spengelius. De Ephesio cogitarat etiam Junius: sed quidni Ephesio possit servi nomen fuisse?) Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius . . . quam illud idem [Ploc. IX] . . . illud uero idem Caecilius uitiosius: tum' e. q. s.

1 equidem *om. Nonius* in senectute hoc *Nonius* hoc in senecta *Rhenaug. Ciceronis* 2 eumpse esse odiosum *Fleckeisenus annall. philoll.* 1865 *p.* 566 [*cf. Bergkius opusc.* I 395] eum se esse odiosum *Ciceronis Leid. m. pr.* eum ipsum esse odiosum *Nonius* esse odiosum se *Rhenaug. Gud.* esse odiosum, *om.* se, *Paris. Salisb. Benedictob.* se esse odiosum *Erf.* odiosum se esse *Trevir.* esse se odiosum *Indersd. cum ceteris libris Ciceronis* ipsum esse odiosum *Bothius*

EPICLEROS

Ἐπίκληρος Antiphanis Alexidis Diodori Diphili.

I

30 Itane 'Antipho inuenítur profluiá fide?
Itanést inmemoris, ítanest madida mémoria?

Priscianus p. 699 P. 'hic et haec et hoc memor . . . uetustissimi tamen similem genetiuo protulerunt eius nominis nominatiuum.' Idem p. 772 P. 'apud antiquos hic et haec memoris et hoc memore proferebatur. in quo testis est Caper, antiquitatis doctissimus inquisitor. ostendit enim Caecilium in Epiclero sic protulisse: itane' e. q. s.

1 inuenitur *Spengelius ex duobus codd.* inuentus φ *utroque loco* est inuentus *Bothius* profluịa *Halb.* profluiua *Grut.* profluịụịa *Sang.* proflu≡u≡a *Reg.* profluida *Vind. b p.* 699 pirfluia (*m.* 2 ꝑịṛfluiaᵘ) *Reg. p.* 772 2 itane est *bis* ψ itane . . itane est *Grut.* itane est . . . itaⁿᵉ est *Reg. p.* 699 medida *Reg. Bamb. p.* 699

II

An úbi non sitis, íbi consilium claúdeat?

Priscianus p. 889 P. 'inuenitur tamen etiam claudeo ... Caecilius in Epiclero: an' e. q. s. (Celius Reg. m. pr. Claudius Sang. in Epiclero om. Sang.) Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 107 'dicimus quoque claudeo, es pro claudicare, uerb. neut. unde Caecilius: an' e. q. s. Ibidem p. 142 'claudere, claudicare. Caecilius: uos' e. q. s.

an ubi uos sitis, ibi *Priscianus, nisi quod* ibi *Reg. m. alt.* ubi *Reg. m. pr. Bamb. Bern.* an ut sciatis ubi *thes.* 107 uos nescitis ubi *idem* 142, *ut fortasse* an ubi nec sitis *verum sit* (nos *tuetur Bue*)

EPISTATHMOS

'Επισταθμος Posidippi.

Si próperas, escende húc meam nauem: ita céleris est

Priscianus p. 760 P. 'celer uel celeris et hoc celere ... Caecilius in Epistathmo: si' e. q. s. (Epistathmo Spengelius episathomo Reg. Halb. Barb. episathmo, sup. m. alt., Bong. episathomos Bamb. epirathomo Sang. Grut. Carolir. Legebatur igitur Epistathomos)

escende *vel* exscende *Gulielmius* extende *ω* hc (*i. e.* hanc) *Sang.* meam *Reg.* in meam *φ*, *Spengelius* nauim *Sang. Grut. Carolir.*

EPISTVLA

'Επιστολή Alexidis?

I

Iamne ádeo? manta. — Iam hóc uide: caecús animum.... . . aduentus ángit.

Festus p. 133 M. 'mantare saepe manere. Caecilius in Epistola: iam' e. q. s.

1 *interrogandi signum posui et personas distinxi.* iamne abeo? ⟦ manta *Leo Pl. F.* 285 *post* animum *lacunam minimum viginti litterarum indicavit Vrsinus, quam his fere* incertat metus. ten patris *suppleri iussit Leo, ut* adu. angit *octonarium clauserint*

II

Nam nóbis equidem déus repertus ést Iouis.

Priscianus p. 695 P. 'Iouis nominatiuo quoque casu inuenitur. Caecilius in Epistula: nam' e. q. s.

nobis] nob^{uus} *Bong.* nouus *Reg. Bamb. Halb.* equidem *Osannus* quidem ω quidem iam *Brugmanus* est *Reg., suprascr. Halb. Bamb. m.* 2, *om.* φ nam nóbis equidem nóuus repertust Ióuis deus *conieci*

EX HAVTV HESTOS

Ἐξ αὐτοῦ ἑστώς qualis sit describit Cicero secundum Platonem Tusc. disp. V 12, 36.

⟨Est⟩ haéc caterua pláne gladiatória,
Cum suúm sibi alius sócius socium saúciat.

Donatus in Ter. adelph. IV 5, 34 'praesens praesenti eripi] adiuuant significationem haec ex abundanti addita ... sic Caecilius in Exhautuhestoti: haec' e. q. s. (Caelius Dresd. Gand., edd. Vind. Med. Tarv. Celius Lugd., ed. Rom. in Exhautuhestoti Spengelius in exatostoti Gand., edd. Rom. Vind. Med. Tarv. mexato scoti Dresd. in hesatoshetim Lugd. in Eratosthene vulgo) Gloss. Terentianum C. Barthii 'Caecilius: haec .. s. s.'

1 haec est *Bergkius* plane *Lindenbrogius* plena ω
2 socium socius *gloss., non male* sauciat *om. Lugd. Gand.*

EXVL

Fortasse secundum Philemonis *Ἀπόλιδα*; ad Alexidis *Φυγάδα* refert Spengelius p. 6.

I

. . . . nam híc in tenebris íntus sese abscóndidit.

Nonius 75, 25 'abscondidit pro abscondit' (ita F^1, Rothius. 'abscondit pro abscondidit' φ) 'Caecilius Exule: nam' e. q. s. 'Pomponius Maccis geminis [III].'

nam] nunc *senarium efficere monet Bue: cf. Leo Pl. F.* 306
abscondit *FHPW*

II

. . non haec putás? non haec in córde uersantúr tibi?

Nonius 369, 26 'putare, animo disputare ...'

tibi *P, Ald.* ti φ

FALLACIA

Καταψευδόμενον scripserunt Alexis Philemo Menander Sosipater.

I

nam quam dúriter
Vos éducauit átque asperiter, nón negat.

Nonius 512, 8 'duriter pro dure ...'

1 *sq.* quin ... educarit *Bothius* (*cf. Ed. Becker stud.* I 245) atque asperiter *Bothius* (*cf. Priscianus* II 71, 1 *H.*) atque aspere *ω* aspereque *Scaliger* nam quin dúriter Atque áspere uos educarit, non negat *Grauertus*

II

Nam si ílli, post quam rém paternam amíserant,
Egéstate aliquantísper iactatí forent

Nonius 511, 26 'aliquantisper ...'

1 *fortasse* amisĕrunt

III

Núllus sum, nisi meám rem iam omnem própero incursim pérdere.

Nonius 127, 19 'incursim pro celeriter.'

IV

Fácile aerumnam férre possum, si índe abest iniúria:
'Etiam iniuriám, nisi contra cónstat contumélia.

Nonius 430, 16 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim leuior res est ...'

1 possunt *HL* poss *W* 2 nisi H^1P misi (missi W^1) *φ* constat H^1 constant *φ* contumelia *Palat.* contumeliam *φ* si citra constat contumeliam *C. Fr. Hermannus Philol.* III 106

V

Nísi quidem qui sése malit púgnitus pessúm dari

Nonius 514, 8 'pugnitus pro pugnis.'

nisi quis est qui *Madvicus* sese *Bothius* se *ω*

VI

'Ossiculatim Pármenonem dé uia liceát legant.

Nonius 147, 30 'ossiculatim, ut si minutatim.' Idem 332, 9 'legere rursum colligere ...'

hossiculatim GH^1W hosticulatim L *p.* 332 legam *ω ibidem*

VII

. . . . . uelim paulísper te opperíri. —
Quantísper? — Non plus tríduum.

Nonius 511, 29 'aliquantisper ... Caecilius Fallacia [II] Caecilius Fallacia: uelim' e. q. s. *Lacunam inter utrumque Caecilii exemplum statuit Quicherat*

Numeros agnovit Bothius

GAMOS

Γάμος Philemonis Diphili Antiphanis.

Vt hóminem . . tóxico transégerit

Festus p. 355 M. 'toxicum dicitur ceruari[um uenenum, quo] quidam perungere sagitta[s soliti sunt.] Caecilius in Gamo: ut' e. q. s. ('cerua. eo solent quidam perungere sagittas. Caelius' Vaticani RS bamo Vatic. R)

hom ..... *cod., sed* hominem *nulla lacuna indicata Vaticani RS* hominem miserum *Scaliger* hominem amoris *Spengelius*

HARPAZOMENE

Titulorum Harpazomene et Harpazomenos (fr. III) varietatem notavit Meinekius etiam in cognomine Philemonis fabula.

I

dí boni,
Quid íllud est pulchritátis!

Nonius 155, 17 'pulchritas pro pulchritudo. Caecilius arpaiomene: di' e. q. s.

1 *sq. uno versu* dí boni! quid *e. q. s. componere poteram; creticos exhibet x* 2 il(lu)d *metitur Skutsch* 122

II

. . hunc collum Lúdo praecidí iube!

Nonius 200, 20 'collus masculino ... Caecilius Sarpazomane: hunc' e. q. s (Harpazomene Junius)

Ludo *x* ludo *vulgo* lodo (loedo?) F^1 praecipi *FL*

III

Vtinám pisciculi té schema, sine crúribus
Videám!

Charisius p. 117 P. 'schema quasi monoptoton sit, proinde declinasse Caecilius in *Ἁρπαζομένῳ* denotatur. Vtinam, inquit, te ... uideam, pro schemate.'

1 pisciculi te schema *dubitanter conieci.* tescioli schematä *cod.* te sine schema *ed. pr.* te seruoli schema *Bue mus. Rhen.* 29, 197 te, sciole, istac schema *olim conieci*

IV

Quid nárras, barbare índomitis cum móribus,
Inlítterate inléx? 60

Nonius 10, 23 'inlex' (ita Ba L^1 ilex φ) 'et exlex est, qui sine lege uiuat ... Caecilius Sarpazomene: quid' e. q. s. 'Sisenna' e. q. s. (Harpazomene Aldina)

1 cum indomitis ω, *transposui* 2 inlex hi sunt (hi sunt *in ras.*) *Ba* inlex hes L^1 ilex es φ inlegis *Bue apud Brugmanum p.* 30 (*qui* inlex inlitterate *prop.*) ilex *formam idem defendit decl. lat.* 14. *Istae quas post* inlex *libri exhibent sordes e* Sisennae *quod sequitur nomine videntur ortae esse*

V

Equí homo ineptitúdinis cumulátus cultum oblítus es?

Nonius 128, 15 'ineptitudo pro ineptia. Caecilius Arpazone: qui' e. q. s. (Harpazomene ed. 1526)

equi (*i. e.* ecqui) *scripsi*: *cf. Naev.* 116 qui ω qui tu *x* *A trochaeis quos Bergkius commendaverat ad iambos redii* cultrum *Bothius*

VI

quíd tibi aucupátiost
Argúmentum aut de amóre uerbificátiost
Patri?

Donatus in Ter. eun. IV 4, 4 'quid uestis mutatio?] sic ueteres ... Caecilius ἁρπαζομένη: quid' e. q. s. (Caelius ed. Med. Celius Par. Lugd. Dresd., edd. Rom. Vind. Tarv. ἁρπαζομένη] in ... Par. Lugd. Dresd., item lacuna interposita, sed om. in edd. Rom. Vind. Tarv. Med.)

1 quid tibi *una cum fabulae nomine lacuna intercidit in ed. Med.* acceptio *Par. Lugd. Dresd.* est *om. edd. vett.* 2 argumenti *Par. Lugd.* amore *Gand., Luchs p.* 72 meo amore φ *Iambos constituit Luchs, ante quem trochaei tradebantur*

HYMNIS

Cf. *Ὕμνις* Menandri. Meretricem Hymnida suo aere emptam senex pater alii desponsurus est, ut amanti filio spem intercludat, fr. I. De altercatione quadam restat fr. III. Philosophantis enim inportunitatem inpatiens adulescens reprehendit, alter autem inridens quaerit, quid ni ipse, cum ita animatus sit, gladio potius in ferventem illam scutram inruat: ni mirum violentia nihil hic profici. Porro asotum adulescentem audis fr. IV. VI. VII, patrem autem fr. VIII.

I

habes
Milétida: ego illam huic déspondebo, et gnáto saltum obsípiam.

Diomedes p. 378 P. 'quod uulgo obsepio dicimus, ueteres obsipio dixerunt. Caecilius in Hymnide: habes' e. q. s. (im hymnida Par. A et, nisi quod in, Monac. Par. B im hymnita cod. Scioppii, om. edd. vett.)

1 habes *Par. A Monac., Par. B m.* 2, *cod. Scioppii* (*loquitur cum lenone senex*) abis *Par. B m. pr., om. edd. vett.* 2 Miletida *Bothius* Miletidam ω, *a Caecilio utique alienum vid.* mulierculam *edd. vett.* et nato (gnato *Spengelius*) *vulgo* et ex nato *Parr., cod. Scioppii* et ex tanto *Monac.*

II

. . . . . síne blanditie níhil agit
In amóre inermus.

Nonius 79, 1 'blaterare, confingere per mendacia. Afranius ... blaterare ... idem ... blateres. Caecilius Hymni: desine' e. q. s. Caecilio novum lemma blandities praemittit Onions (imnide $F^2H^1L^1$ imnis de φ Hymnide Bentinus)

1 blanditie *H, Onions* blanditiae φ nil *Bothius* agis x

III

quae
Narráre inepti est ⟨ád⟩ scutras feruéntis. — Quin
machaéra
Licitári aduersum ahénum coepistí sciens

Nonius 134, 15 'licitari congredi, pugnare ... Caecilius Hymnide: quae' e. q. s. (himmide Vrbin. 307, i. e. himinide, item fr. V)

2 macera ω 3 licitari *edd.* licitaria ω aeneum ω *De versu nihil adfirmo*

IV

Míhi sex menses sátis sunt uitae, séptimum Orco spóndeo. 70

Cicero de fin. II 7, 22 'atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edint de patella, deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide: mihi' e. q. s. (ex hũide i. e. humnide Pal. b exonimide Monac. exenemide Leid. ut exiunde Morel.). Hinc Lucilium sua sumpsisse v. 591 L. 'qui sex menses uitam ducunt, Orco spondent septimum' monuit Muretus ad Catull. p. 726

V

⟨'Em⟩ uide luculéntitatem eíus et magnificéntiam!

Nonius 135, 2 'luculentitatem a luculento. Caecilius Hymnide ... Laberius ... luculentitate captus.'

luculentiam *in senario commendat Bue, in lemmate quoque Nonii* luculentiam et *ante* luculentitatem *periisse suspicatus* eius *om. Bothius*

VI

Gárruli sine déntes iactent, síne nictentur pérticis.

Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — Caecilius in Hymnide: garruli' e. q. s.

garruli sine dentes *Scaliger* garrulis medentes *cod.*

VII

Síne suam senectútem ducat úsque ad senium sórbilo.

Festus p. 339 M. 'senium a senili acerbitate et uitiis dictum posuit Caecilius in Hymnide: sine' e. q. s.

An senectam? *cf. v.* 28 usque *Bentleius in Ter. ad.* IV 2, 52, *probavit Lachmannus in Lucr.* 250 utique *cod.*, *servari volebant Grauertus Anal.* 82 *et Schoemannus opusc. acad.* IV 296 adsenum *cod.* sorbilo *Bentleius* sorbitio *cod.* sonticum *Grauertus*

VIII

Prodígere et, cum nil hábeas, ted inrídier

Festus p. 229 M. 'prodegeris, consumpseris perdideris, ut Caecilius in Hymni: prodigere' e. q. s.

et *scripsi* est *cod.* nil *Bothius* nihil *cod.* ted inridier *Neuius* te inridier *cod.* (*cf. Diomedes p.* 378 *P.*) te inriderier *Dacerius*

IX

74[1] nudius tertius

Charisius p. 185 P. 'nudius tertius Caecilius in Hymnide.'

HYPOBOLIMAEVS sive SVBDITIVOS

De huius fabulae argumento coniecturam facere licet ex Varronis de re rust. II 11, 11 loco 'neque non quaedam nationes harum' (sc. caprarum) 'pellibus sunt uestitae ... cuius usum apud antiquos quoque Graecos fuisse oportet, quod in tragoediis senes ab hac pelle uocantur *διφθέραι*, et in comoediis qui in rustico opere morantur, ut apud Caecilium in Hypobolimaeo habet adulescens, apud Terentium in Hautontimorumeno senex.' Hinc enim confirmatur quod Meinekius Men. p. 172 statuerat, ex Hypobolimaeo petita esse quae narrat Cicero pro Rosc. Am. 16,'46 'ecquid tandem tibi uidetur, ut ad fabulas ueniamus, senex ille Caecilianus minoris

facere Eutychum' (eutycum Monac. m. 1 recte euthycum Veneta euthicum Wolfenb., et sic infra. enthinum Laur. 52, 1 Aeschinum et infra Aeschinus Spengelius. Deest locus in Lagom. 26) 'filium rusticum, quam illum alterum Chaerestratum? nam ut opinor hoc nomine est. alterum in urbe secum honoris causa habere, alterum rus supplicii causa relegasse? ... nemo uobis magis notus futurus sit quam est hic Eutychus, et certe ad rem nihil inter sit utrum hunc ego comicum adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem.' Quibus quod addit scholiasta Gronovianus p. 429 Or. 'apud Caecilium comoediographum inducitur pater quidam qui habebat duos filios, et illum, quem odio habebat, secum habebat, quem amabat, ruri dedit. ergo uides, quia amauit Roscium pater, siquidem hunc agris dederat,' id magis ex ingenio commentatoris quam ex certa scientia fluxisse videtur. 'Menandrum' sane dicit Quintilianus I 10, 18: 'et apud Menandrum in Hypobolimaeo senex reposcenti filium patri uelut rationem impendiorum, quae in educationem contulerat, opponens psaltis se et geometris multa dicit dedisse,' sed inde cave concludas in Caeciliana fabula eum locum non extitisse: cum enim in eo sit Quintilianus, ut antiquis etiam temporibus musicam demonstret maximo in honore fuisse, testes primum laudat Graecos homines, tum demum ad Romanorum disciplinam transit. Ceterum de argumento dixi in enarratione mea quae est de Agroeci persona p. 10 sq. Hypobolimaeum qui a Festo dicitur Chaerestratum cum simplici Hypobolimaeo convenire Grauertus Anal. 81 coniecit, quod Ciceronis quem descripsi loco confirmatur. Item quae Hypobolimaeae Rastrariae nomine vulgo feruntur, ad eandem Hypobolimaei sive Hypobolimaei Chaerestrati fabulam pertinere idem vir doctus statuit. Certe quodam modo conveniunt inter se Hyp. I et Hyp. Rastr. I, Hyp. V et Hyp. Rastr. II, Hyp. IV et Hyp. Rastr. IV V, nec adversatur librorum auctoritas. Itaque tres eiusdem comoediae titulos habemus: Hypobolimaeum, quem 'Subditiuum' nuncupat Gellius fr. V et semel (fr. IV) Nonius, Hypobolimaeum Chaerestratum, Hypobolimaeum (Hypobolimaeam semel fr. VI vel bis — fr. V — Nonii libri praebent) Rastrariam. Rastraria autem indicem utrum poeta ipse dederit, quod Grauertus voluit, an grammatici potius excogitaverint, ut affirmat Ritschelius Parerg. I p. XV, tum demum perspici posset, ni fallor, si de argumento plus constaret. Ita enim appareret, num quae rastro illi in rerum ordinem explicandum vis tributa fuerit necne. Ceterum repetita fabulae actione potest titulus mutatus fuisse. — Hypobolimaeum Aeschinum recte, ut videtur, ab his discriminant Grauertus p. 79

et qui contra eum Gellianam fidem merito vindicavit Ritschelius l. l. (cf. p. 135).

I

75 . . aerumnam páriter tetulistí meam.

Nonius 178, 17 'tetulit, tulit . . . Caecilius Hippobolimen: aerumnam' e. q. s. (Hypobolimaeo Scaliger)

Praemittas nam mecum

II

Fílius ⟨meus éccum⟩ incedit ín me sat hilará schema.

Priscianus p. 679 P. 'schema pro schemate. Valerius . . . Plautus . . . Caecilius in Hippo: filius' e. q. s. (cecilius Reg. Amien. Bong. cicilius Sang. Grut. hippo Bamb. Amien. Bong. Halb. hyppo Vat. m. alt., om. m. pr. ippo Reg. ippo Barb. lupo Sang. Grut. eppo Carolir. Hypobolimaeo Robertus Stephanus)

eccum: *cf. cor.* XXI *Bachius in Studemundi stud.* II 405 incedit in me *scripsi* in me (*bis Amien.*) incedit *ω* sat *scripsi* satis *ω* hilaria *Reg.* hilari *Bamb. Amien.* scema *Sang. Vind. Bong. Barb. Grut. Carolir., recte* *Senarium olim* filíus in med incedit *cum Bothio exhibueram*

III

Abi hínc tu, stolide: [uís] illi ut tibi sít pater.

Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus — — Caecilius in Hypobolimaeo: abi' e. q. s. Senex, quem de restituendo Chaerestrato tergiversari narrat Quintilianus I 10, stultum dicit adulescentem, qui cum ab ipso optime habitus fuerit, iam in ignoti hominis domum transiturus sit.

uis *vel* uisne *vel aliquid inserendum putavi*; dic *prop. Bue* illi *interpretor* illic, *in illa domo.* ille *Bothius, fort. recte*

IV

Quaesó, ne temere hanc rém agas, ne iracúnditer.

Nonius 515, 1 'iracunditer. Caecilius Subditiuo: quaeso' e. q. s. Cf. Menandri inc. XXV (574 K.): *εἰ καὶ σφόδρ' ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος Πράξῃς προπετῶς· ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν Ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸν φρονοῦντα δεῖ.*

agas, ne *ante Aldum* agas et ne *ω*: *cf. CFWMueller prosod. Plaut.* 154

V

Nam hi sunt inimici péssumi fronte hílaro, corde trísti,
Quos néque ut adprendas néque uti dimittás scias. 80

Gellius XV 9 'uere ac diserte Caecilius hoc in Subditiuo scripsit: nam' e. q. s. 'hos ego uersus, cum de quodam istius modi homine sermones essent, in circulo forte iuuenum eruditiorum dixi. tum de grammaticorum uolgo quispiam nobiscum ibi adsistens non sane ignobilis: quanta, inquit, licentia audaciaque Caecilius hic fuit, cum fronte hilaro, non fronte hilara dixit et tam inmanem soloecismum nihil ueritus est!' Nonius 205, 1 'frontem feminino genere Virgilius ... masculino Titinius ... feminino Pacuuius ... Cato ... fronte longo ... Caecilius Subditiuo: nam' e. q. s.

2 adprendas *vulgo* adprehendas *ω* uti dimittas *Spengelius* ut dimittas *Monac. Spengelii* ut mittas *ceteri libri Gelliani* uitare *Nonius* (*sed* ut uitare *Vrbin.* 308)

VI

. . . . . súbito res reddént hebem

Charisius p. 107 P. 'hebem; Caecilius in 'Υποβολιμαίῳ: subito' e. q. s.

reste reddent *ed. pr.*: *potest* te *ante* subito *insertum fuisse*

VII

Habitáb⟨at in tugúriolo pau⟩pérculo.

Festus p. 355 M. '[tugu]ria a tecto appellantur [domicilia rusticorum] sordida — [Caecilius in Hypo]bolimaeo: habitab ..... perculo.' ('appellantur et sunt fumo sordida' Vaticani RS)

tuguriolo pauperculo *scripsi*

VIII

Prius ⟨ád rauim depóscat sane quám conte⟩ntam féceris.

Festus p. 274 M. 'rauim anti[qui dicebant pro raucitate.] Plautus — — [Caecilius] in Hypobolimaeo: prius' e. q. s.

Non nimis inepta supplere conatus sum

HYPOBOLIMAEVS CHAERESTRATVS

85 Nam istá quidem noxa múliebre est magis quám uiri.

Festus p. 174 M. 'noxa peccatum aut pro peccato poenam — item, cum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caecilius in Hypobolimaeo chaerestato: nam' e. q. s. (Chaerestrato Scaliger)

istaec *Grauertus* muliebre est *Bothius* (*cf. Leo Pl. F.* 259) muliebrem et *cod.* muliebris est *Vrsinus* muliebrist *O. Muellerus, Brix ad Plauti mil.* 187 mulierist *Grauertus* mulieris magis quam uiri est *Meinekius Men. p.* 172

HYPOBOLIMAEVS RASTRARIA

Cf. Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308.

I

Obsúrduit iam haec ín mea aerumna míseria.

Nonius 147, 3 'obsorduit' (obsurduit Ba, in quo lemma solum extat) 'obsoleuit. Caecilius Hypouoli Ristraria: obsorduit' e.q.s. (hypob rastraria HL Hypobolimaea Rastraria Scaliger)

obsorduit ω: *cf. ad* 95, 2 mea *Fleckeisenus* me ω

II

In uóltu eodem, in eádem mantat málitia.

Nonius 505, 23 'mantat pro manet. Caecilius Hypob Rastraria: in uoltu' e. q. s.

III

Hos síngulatim sápere, nos minus árbitror.

Nonius 176, 7 'singulatim et singillatim, a singulis. Caecilius Hypoboli Rastraria: hos' e. q. s.

nos s. s. non *Bothius*

IV

Rábere se ait

Nonius 40, 3 'rabere dictum est a rabie . . . Caecilius Hypobolimaeo Rastrabia: r. s. a.' (hipolimaeo rastra-

bia W hipobolimaeo trastrabia HL Rastraria cod. ms. habere narrat Junius Animadv. VI 10)

rebere *L* rabie rabere *Gebhardus Ant. lect. I* 11 agit *H*

V

Ere, óbsecro, hercle désine! — Mane, coépiam. 90

Nonius 89, 16 'coepere, incipere. Caecilius Periboea Rastraria: ere' e. q. s. (Hypobolimaea R. Scaliger)

obsecro *Spengelius* obscuro *ω* desinam *Vrbin.* 307 *Personas vulgo non distinguunt: servus vapulans frustra veniam precatur*

VI

Quód prolubium, quaé uoluptas, quaé te lactat lárgitas?

Nonius 16, 20 'lactare est inducere uel mulgere, uellere, decipere . . . Caelius Hypobolimaea Rastraria: quod' e. q. s. (Caecilius Hypobolimaeo: mea rastraria Muretus Var. Lect. IV 13) Terentii adelph. 985 hinc sumptum videri monet Muretus.

quod] quidem *Vrbin.* 307

HYPOBOLIMAEVS AESCHINVS

Ego íllud minus nilo éxigor portórium.

Gellius XV 14, 5 'sese pecunias maximas exactos esse . . . id nobis uidebatur Graeca figura dictum . . . quodsi id dici potest, etiam exactus esse aliquis pecuniam dici potest. Caeciliusque eadem figura in Hypobolimaeo Aeschino usus uidetur: ego illud' e. q. s. 'id est: nihilo minus exigitur de me portorium.' Nonius 106, 23 'exigor pro a me exigitur. Caecilius Excino: ego' e. q. s.

nilo *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 37 *conl. Lachm. in Lucr.* 27 *sq.* nihilo *ω*

IMBRII

Ἴμβριοι Menandri. Ad argumentum quid faciat fr. II apparet; ebrius nescio quis cum sodali loqui videtur fr. III, frater sollicitus est fr. VII.

I

. . . . et hómini et pecubus ómnibus

Nonius 159, 15 'pecua et pecuda ita ut pecora ueteres

dixerunt ... Caecilius Himbris: et homini' e. q. s. (Imbriis Junius)

pecubus (*vel* pecudis) *Spengelius* pecudibus *ω*

II

núnc uter

95 Créscit: non potést celari.

Nonius 188, 15 'uter pro utero. Caecilius Imbris: nunc' e. q. s.

III

mihi † sordi

96 Dórmitum ut eam quísquam suadet? ét si ego ob-
dormíuero,
Túte idem ubi eris éxperrectus?

Priscianus p. 888 P. 'expergiscor ... experrectum facit. quamuis uetustissimi etiam expergitus dicebant ...' Caecilius uero secundum analogiam protulit in Imbris: mihi' e. q. s. (Caelius Reg. Grut. Halb. Bong. Barb. Carolir. celius Sang. Coelius Bamb. Imbriis Meinekius Men. et Phil. p. 98 imbris libri, nisi quod umbris m. 2 Reg. et Halb.)

1 sordi *Sang. Grut. Reg. Bamb. Bong. Barb. Carolir., Spengelii omnes, om. Dresd.* sordo *Halb. et pars Krehl. codd.* sordida *Lips.* 1 *Krehlii* sordido *Veneta* 1 sobrio *Bue* dum sorbilo *coni. coroll.* XXIII (Míhi surdo *olim dedi*, surdo mihi *Fleckeisenus*) diormitum (i *pr. eras.*) *Grut.* domitum *Sang.* suadet ut eam quisquam (quisque *Barb. Carolir., om. Sang.*) *ω accentibus duris* obdormiero *Bamb.* *Tentavi* míhi dormitum suadet ut eam quisquam? et si obdormivero *vel* míhi d. suades ut eam? et si ego o. *Reliqua* et si *e. q. s. dubito utrum eiusdem an alterius personae sint* 2 tute ≡ Idem *Barb.* tute, *sup.* idem, *Bong.* uberius *corr. in* ubi eris *Reg.* ibi eris *Putschius*

IV

. . . . . quíd? mihi non sunt bálneae?

Nonius 194, 11 'balneae nominis feminini ... Caecilius in Imbris: quid' e. q. s. infoebis H^1 in phoebis Vrbin. 308, quod Synephebis interpretatus in coroll. XXIII vel huius fabulae vel Imbriorum frustulum excidisse suspicatus sum.

V

Resupína obstipo cápitulo sibi uéntum facere túnicula

Festus p. 193 M. 'obstipum, obliquum. Ennius — Caecilius in imbros: resupina' e. q. s. (C. in Imbris O. Muellerus)

obstipo *Gifanius* obstito *cod.* tunicula *Vrsinus* cunicula *cod.*

VI

'Age age, i puere, dúc me ad patrios fínes decoratum 100
ópipare!

Priscianus p. 697 P. 'hic et haec puer uetustissimi protulisse inueniuntur . . . Caecilius in Imbris: age' e. q. s. (Imbris Meinekius umbris libri) Thesaurus nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 390 'et inde opipare adu. · i · habunde, unde Caecilius: age' e. q. s. Ibidem 407 'et sciendum quod antiqui dicebant puerus et non puer, unde Caecilius: puere puere . . . fines.'

age age i puere *Vind. Sang. Carolir. Grut.* age age puere (puere *semel eras. in Bong.*) *ceteri codd. Prisciani* age age puer *thes.* 390 puere puere *idem* 407 duc *unus cod. Spengelii* deduc *thes. utroque loco* duce *Prisciani* φ decor**atum *Bong. Prisciani* decorauit *thes.* 390

VII

Mirum ádeo nisi fratér domi ebriátus turbam aliquám 101/2
dedit.

Nonius 525, 2 'turbam et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam . . . Caecilius in Imbris: mirum' e. q. s.

ni *P* ebriatus *Bue mus. Rhen.* 29, 197 ebrius ω turbam aliquam dederit ebrius *proposueram, antea senariorum frustula* — domi ebrius Turbam *e. q. s.*

VIII

. . cruento ita óre grundibát miser.

Nonius 465, 4 'grundire cum sit proprie suum . . . etiam hominum esse grunditum Caecilius in Imbris designauit: cruento' e. q. s. (Imbriis BaL[1]) Diomedes p. 379 P. 'grundire . . . Caecilius: cruento' e. q. s.

Cf. Scaliger Coni. in Varr. p. 158.

KARINE

Καρίνη Menandri an Antiphanis?

I

. . ut aurum et uéstem, quod matrís fuit,
Reluát, quod uiua ipsi ópposiuit pígnori.

Festus p. 281 M. 'reluere, resoluere repignerare. Caecilius in Carine: ut aurum' e. q. s.

2 opposiuit *Scaliger* opposuit *cod.*

II

. . . . . tum éx aure eius stalágmium
Domi hábeo.

Festus p. 317 M. 'stalagmium genus inaurium uidetur significare Caecilius in Karine, cum ait: tum' e. q. s. (Karine cum aitium cod.) Paulus p. 316 M. 'stalagmium genus ornamenti aurium. Caecilius: ex aure' e. q. s.

III

Modo fít obsequéns hilarus cómis
Commúnis concórdis, dum id quód petit potítur.

Priscianus p. 726 P. 'concors concordis.' antiquissimi tamen solebant genetiuo similem proferre in his nominatiuum. Caecilius in Cratino: modo' e. q. s. (crastino Amien. crastino Sang. Carine Meinekius l. l. p. 91)

1 *sq. numeros discripsit Spengelius* hilarus *Bong. Bamb.*, *duo Monac.* hilarus *Halb.* hilarıſ (u *m. alt.*) *Barb.* ilarus *Carolir.* hilares *Grut.* hilaris *Reg. Amien. Sang. Halb. m.* 2 comes *Grut. Carolir. m.* 1 *Barb.* 2 commonis (v *m. alt.*) *Sang. Legebatur* commoenis, *ut videtur Excipit bacchiacum dimetrum clausula iambica, quod propter C F W Muellerum prosod. Plaut.* 131 *monendum est*

MERETRIX

Cf. Hetaera Turpili, Pomponi Prostibulum.

I

Cum ultró gubernator própere uertit prósumiam.

Nonius 536, 10 'prosumia, nauigii genus.'

cum ultro gubernator *scripsi* cui progubernator *ω* Cupro (*i. e. Κυπρόθεν*) gubernator *Bue*, *ingeniose*

II

Memini íbi ⟨fuisse⟩ cándelabrum lígneum
Ardéntem

Nonius 202, 17 'candelabrum generis neutri, ut saepe. Masculi Caecilius Meletricem: memini' e. q. s. (Cum Meletrice Italorum meltrice conferri iubet Woelfflinus. Meretricem Vrbin. 307 Meretrice ed. 1526. Cf. var. script. in Turpili v. 42 et Afrani 136)

1 inuenit inibi *olim coniecit Bue*

NAVCLERVS

Ναύκληρος Menandri?

I

Nunc ábeo: audibis praéterea, si dítis filia rédeat.

Nonius 506, 4 'audibo pro audiam ... Caecilius Nauclero: nunc ... filia redeat. [Idem] Progamo.' Excidisse de Progamo testimonium vidit Grauertus Anal. 113.

Anapaestos agnovit Bue, *qui* nunc áb eo a. p., si dices 'f. r.' *proponit: olim septen. troch.* núnc ... si eius redeat filia *finxi* dicis *ω*

II

'Vt te di omnes ínfelicent cúm male monita mémoria!

Nonius 126, 26 'infelicitent.'

ut dedi *Ba* infelicent *Guietus*, *Bentleius*, *defendit Bue mus. Rhen.* 15, 433 (*cf. Brixius Philol.* 12, 655) infelicitent *ω* molita *Ba* merita *x* infelicent male moenita *Spengelius*

III

Súppilatumst aúrum . . átque ornamenta ómnia.

Nonius 12, 31 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur ...'

suppilatum est *W* aurum *Bothius* eum *ω* *inserere e. c.* uestis *licet* (*cf. Plauti Epid.* 222), *nisi initio mancum septenarium* . . suppilatumst aurum átque o. o. *praeferas.* suppílat uestem aurum a. o. o. *Onions*

NOTHVS NICASIO

Νόθος Philemonis? Cf. Ritschelius Parerg. I 135 et XV.

I

Habés, uide, ⟨em⟩ tibi trádidi, in tuo cóllo est: decollés caue.

Nonius 97, 26 'decollare, ex collo deponere. Caecilius Notho Nicasioni: habes' e. q. s. (Noto W)

uiden *conieceram*

II

'Ilico ante óstium hic érimus . . . .

Nonius 325, 2 'ilico significat statim, mox . . . Caecilius Notonicasione: ilico' e. q. s. (notonicasione B notoni incasione GHL²W notonincasione L¹)

est ilico *L*¹ hostium *BLW*

III

. . . . . manete ílico!

Nonius 325, 11 'ilico, in eo loco . . .'

OBOLOSTATES [FAENERATOR]

Vtrumque nomen ad eandem fabulam pertinere statuit Scaliger. Cf. Ritschelius Parerg. I 144. 157.

I

119 Núnc enim uero est, cúm meae morti rémedium re-
120 perîbit nemo.

Nonius 508, 15 'repperibitur pro repperietur . . . Caecilius Obolo: nunc' e. q. s. (Obello Ba Obolostate Mercerus)

Octonarium trochaicum agnovit Bue, senariorum frusta (remedium Reperíbit) *cum aliis notaveram* nunc] nec *W* nunc nunc enim uero *in senario Bergkius opusc.* I 387

II

Depósitus modó sum anima, uíta sepúltus.

Nonius 279, 30 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur .... Caecilius in Oboloistate: depositus' e. q. s.

An animo? *cf. Acci v.* 74 sepultus sum *ω* depósitus anima módo, uita sepúltus sum *Spengelius* d. a., uita modo sepultu' sum *Bothius* d. modo Súm a. uiuos s. *x*

III

crédidi silicérnium

Eius me ésse esurum.

Festus p. 294 M. '[silicernium dicitur cena fu]nebris, quam [Graeci *περιδειπνον* u]ocant. — — — Caecilius Ob]olostate: cre ..... messe esurum.' Paulus p. 295 M. 'silicernium — Caecilius: credidi' e. q. s.

1 *sq.* silicernium eius *Paulus, in Festi cod. non apparet* 2 *Praeferendus fortasse septenarius troch., in cuius fine* propediem *supplet Bue*

IV

.... ego pérdidi te, qui ómnes seruos pérdo
Populátim: quaeso ne ád malum hoc addás malum 125

Nonius 154, 13 'populatim.'

Septenarios nunc praefero 1 perdite *Ba* perduo *Bothius* perdo seruulos *x* *Fortasse a verbo* quaeso *altera persona loquitur*

V

si linguás decem

Habeám, uix habeam sátis te qui laudém, Lache. —
Immo uéro haec ante sólitus sum: res délicat.

Nonius 277, 26 'delica est aperi et explana ....' Idem 98, 7 'delica, explana, indica. Caecilius Obolioistate [3].'

1 linguis L^1 decem *Mercerus* dete *ω* 2 Lache *Mercerus* ache *ω* 3 *Lacheti tribuit Bothius* haec] hic *Vrbin.* 307 solante *FL p.* 98 antehac *malit Spengelius* solitum sum F^1L *p.* 98 res *om. ω p.* 277

VI

satine huic órdini,
130 Etsi nihil ⟨ego⟩ égi, quaesti? — Quaésti? — Quia
sunt aémuli

Nonius 483, 27 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus .... Caecilius Venatore: satine' e. q. s. (Feneratore Spengelius)

1 huic ordini *Bothius* huc ordini *ψ* huc ordinē *L* 2 egi] ego *P* egisti *olim scripsi, sed cf. coroll.* XXIV quaesti quaesti *Ba L* 116 quaesti *semel φ in quibus qui acquiescere malunt, eis senarius cum Bothio dimetiendus est.* sunt aemuli *Aldina* sunemuli (sunimuli) *ω*

VII

Credó: nimis tandem hoc ⟨hércle⟩ fit uerníliter.

Nonius 42, 28 'uerniliter pro adulatorie; a uernis, quibus haec uiuendi ars est. Caecilius Venatori: credo' e. q. s. (Feneratore Spengelius)

nimis tandem: *cf. Leo Pl. F.* 268 hercle *inserui: cf. Plauti Men.* 696 sit *Vrbin.* 307 fiet (*vel* fuit) *Spengelius. Septenarium olim ab initio mutilum exhibueram talem* .... credo: nimis tandem hoc ⟨quidem⟩ fit u.

VIII

Vólat exanguis, símul anhelat, péniculamentúm tenet Pálliolatim.

Nonius 150, 1 'peniculamentum a ueteribus pars uestis dicitur ... Caecilius Feneratore: uolat' e. q. s.

1 *cf. coroll.* XXIV *sq.* exsanguis *Bothius* sanguis *ω* penulamentum *FH*[1] tenet palliolatim *scripsi* et pallio datur *ω* et palliolatur *Junius* *Iambici septenarii huiusmodi* u. e., s. anhélat, Penículamentum e pállio datúr *Buechelero fuisse videntur, pallium autem dici in peniculamentum esse mutatum, quia ad utrumque pedem dependeat*

IX

Péluim sibí poposcit .....

Nonius 543, 28 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria perluuntur, unde ei nomen est ... Caecilius in Feneratore: p. s. p.'

peluim *dubium utrum tres syllabas ut in Laberii v.* 94 *an duas aequet; trisyllabum etiam in exitu septenarii trochaici poni potuit; bisyllabum olim post primum trochaeum posui. Ceterum cf. Bergkius opusc.* I 392

PAVSIMACHVS

Generosam meretricem, qualis est in Terentii hecyra Bacchis, prodit fr. II; et ob similem causam atque illic 746 sq. Laches pater cum ea loquitur fr. IV

I

Edepól uoluntas hómini rarentér uenit. 135

Nonius 515, 24 'rarenter.'

uoluptas *Palmarius* homini] boni *Palat.*

II

líbera essem iám diu,
Habuíssem ingenio sí sto amatorés mihi.

Nonius 127, 15 'iamdiu pro olim .... Caecilius nausimacho: libera' e. q. s. nausimacho H^1, suprascr. epi, L epinausimacho (epinausimaco Vrbin. 307) φ Pausimacho Mercerus

1 libera *Junius in mg.* liber ω 2 habuissem ingenio *om.* F^1L si sto *Lachmannus in Lucr.* 197 si ston ω si isto *Mercerus* si ston habuissem ingenio siston H si istoc habuissem ingenio *Onions, fort. recte* abutores L

III

Carbásina molochina ámpelina . . .

Nonius 548, 14 'molochinum, a Graeco, color flori similis maluae.'

molichina HW ampelina *ed.* 1526 amperina ψ amperita H^1L^1 anperinata P^1 anperinta P^2

IV

hoc a te póstulo,
Ne cúm meo gnato pósthac limassís caput. 140

Nonius 334, 9 'limare etiam dicitur coniungere .... Caecilius Pausimato: hoc' e. q. s. (Pausimacho Mercerus)

2 meo BGH^1 eo φ limassis *Bentinus* limasses ω

V

140[1] uelitari

Nonius 3, 13 'uelitatio dicitur leuis contentio ... uerbis uelitationem ... uelitati estis inter uos duo ... uerbis uelitare ... labris inter se uelitari .. Caecilius Pausimacho: hic desunt quatuor lineae quae in autentico non erant scriptae.' (Sic in Victorino cod. et in W, item lacuna in H; ceteri continuant: 'Pausimacho mum interent tamen. Toga dicta est' p. 406, 17)

PHILVMENA

I

Qui pánis solidi córbulam ....

Nonius 197, 29 'corbes, corbulas ... Caecilius Filumena: qui' e. q. s. (caelius W celius φ)

solidi, *i. e.* duri *scripsi* soli ω, *posse genetivum esse monuit Bue*

II

141[1] factio

Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem ... Caecilius Filiumin alta eorum famam occultabat factio.' (filium ainalta W[1]) cf. v. 172.

Hiantem senarium facinorum famam o. f. *Madvicus panxit* ita (*sic Grauertus*) eorum infamiam o. f. *x*

PLOCIVM

Πλόκιον Menandri. Luculentis Gellii de argumento testimoniis non nulla ex reliqua versiculorum farragine indicia accedunt. Ac primum ad utriusque senis deverbium illud, unde est fr. II, pertinet sine dubio festivum alterius de mortua uxore dictum III. Atque ut *τρυγόνος λαλιστέρα* apud Menandrum XIII M. (416 K.) dicebatur Crobyle, ita facies eiusdem apte eis describitur, quae sine fabulae nomine extant apud Nonium 119, 19 (inc. fab. XX). Porro hominis pauperis, hoc est eiusdem senis vicini servus Parmeno (cf. Men. VIII = 407 K.) erilis filiae gemitu audito, cum totam rem adhuc ignoraverit, primo coniecturis indulgens in vicinum adulescentem, quem puellae admodum esse familiarem scit, confert suspicionem. Atqui non convenit computanti temporis ratio (IV et Menand. III = 413 K.): nam ante ipsos decem menses demum erus rure in urbem migraverat (cf. Menand. V VI VII = 405 sq. 408 K.), nec ante id tempus

virgini cum quoquam consuetudo fuerat. At enim sane ruri Crobylae filius (eum enim fuisse puto) festo furore exultans (cf. VII) ignotus ignotam compresserat. Et de pervigilio quidem amplius percontando Parmeno comperit: V VI, sed de auctore, quoniam in tenebris istud opus confectum est, ne puellae quidem ipsi constat. Iam vero gravissimas eius puerperium turbas adfert: siquidem nuptias magno sumptu paratas, quas differri legimus fr. XII XIII, ad puellam nostram referendas esse recte conicimus. Cognito enim, cuius se ipsum in noxia esse nescit, dedecore non potuit adulescens non a coniugio vitiatae abhorrere: itaque tollendi nuptias causam captans, cum veram in publicum proferre vereretur, fortasse auspicia infausta praetenderat, ad quod respondetur fr. XIV. Certe 'odiosa' opulentae ac superbae matri 'nurus' defenditur fr. XV, et ut aliam quandam cognatam ducat filio persuadere conatur Crobyle apud Menandrum (inc. fab. CCXXIV = 929 K.): *Κρωβύλη τῇ μητρὶ πείθου καὶ γάμει τὴν συγγενῆ.* Itaque de bona spe deiecti tam afflictis rebus congrua et Parmeno (VIII) et erus (IX) secum philosophantur, atque de eo rerum statu deverbium inter utrumque cum his innuatur (Men. VIII = 407 K.): *ὦ Παρμένων, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ Φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς, Ἀλλ' ἐγγὺς ἀγαθοῦ παραπέφυκε καὶ κακόν, Ἐκ τοῦ κακοῦ τ' ἤνεγκεν ἀγαθὸν ἡ φύσις* (cf. Men. IX X = 410 sq. K.), eodem probabiliter revocabimus Caeciliana X et XI. Ab illa autem mentis aequitate quantum postea discrepat Parmenonis sive advocati alicuius pauperiem publice defendundi studium XVI. XVII! Quod tamen aliter excitari vix poterat nisi aliquo modo, fortasse plocii ut anuli in Hecyra indicio, verus facinoris auctor proditus esset. Eo autem semel reperto iudice sane opus non erat, immo sublatae nuptiae restituebantur, Parmeno vero ob assidua merita liber factus est (XIX).

I

Is démum miser est, qui aérumnam suam nésciat occultáre
Foris: íta me uxor forma ét factis facit, sí taceam, tamen índicium,
Quae nísi dotem omnia quaé nolis habet: quí sapiet de mé discet,
Quí quasi ad hostis cáptus liber sériuio salua úrbe atque arce. 146

Dum éius mortem inhio, égomet inter uíuos uiuo mórtuus.
Quaén mihi quidquid plácet eo priuatum ít me seruatám ⟨uelim⟩?
'Ea me clam se cúm mea ancilla aít consuetum. id me árguit:
'Ita plorando orándo instando atque óbiurgando me óptudit,
Eam utí uenderém. nunc credo ínter suás
Aequális, cognátas sermónem serít:
'Quís uostrarúm fuit íntegra aetátula
Quae hóc idem a uiro
'Impetrarít suo, quód ego anus modo
Efféci, paelice út meum priuarém uirum?'
Haéc erunt concília hocedie: dífferar sermóne misere.

Gellius II 23 'Caecili Plocium legebamus: hautquaquam mihi et qui aderant displicebat. Libitum et Menandri quoque Plocium legere, a quo istam comoediam uerterat. Sed enim postquam in manus Menander uenit, a principio statim, di boni! quantum stupere atque frigere quantumque mutare a Menandro Caecilius uisus est! Diomedis hercle arma et Glauci non dispari magis pretio aestimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore diuite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, non inscito puellam ministerio et facie haut inliberali, coactus erat uenumdare suspectam uxori quasi paelicem. Nihil dicam ego quantum differat. Versus utrimque eximi iussi et aliis ad iudicium faciundum exponi. Menander sic:

ἐπ' ἀμφότερα νῦν ἡ 'πίκληρος ἡ καλὴ
μέλλει καθευδήσειν. κατείργασται μέγα
καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν ἣν ἐβούλετο,
ἵν' ἀποβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης
πρόσωπον ἢ τ' εὔγνωστος οὖσ' ἐμὴ γυνὴ
δέσποινα. καὶ τὴν ὄψιν ἣν ἐκτήσατο
ὄνος ἐν πιθήκοις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον
ἔστιν. σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν

10 πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. οἵμοι Κρωβύλην
λαβεῖν ἔμ' ἑκκαίδεκα τάλαντα . . .,
τὴν ῥῖν' ἔχουσαν πήχεως. εἶτ' ἐστὶ τὸ
φρύαγμά πως ὑπόστατον; μὰ τὸν Δία
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.
15 † παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ καὶ λόγου
† τάχιον ἀπαγέσθω δέ τις ἄρ' ἀντεισαγάγοι.

Versuum 15 sq. sententiam hanc in coroll. XXIX exhibui:

παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ τοῦ δόμου
θᾶττον ἀπάγοι τις ἢ 'τέραν ἂν εἰσάγοι.

'Caecilius autem sic: is demum' e. q. s. Nonius 502, 12 'accusatiuus pro datiuo . . . . Caecilius Plocio: dum ego eius mortem inibo.'

1—3 *anapaestos discripsi secutus potissimum Fleckeisenum epist. crit.* 14 *sqq. et Buechelerum; olim librorum memoria saepius relicta septenarios initio mancos dedi.* 1 suam aerumnam *Luchs in Studemundi stud.* I 69, *item ego in sept.* nesciat *scripsi* nescit (*prob. Bue*) *vel* nesquit ς nequit ψ non potis *Fleckeisenus* 2 foris *scripsi* ferre (*unde nova vulgo incipit sententia*) ω fere *edd.* efferre *Spengelius* forma me ita ς 4 *anapaestos continuat Bue* captus libere *Vat. Reg.* libere captus *Rott.* 5 et 6 *transposui* 6 dum ego eius *Nonius* inibo *Nonii* ω inter uiuos uiuo mortuus *scripsi* uiuo mortuus inter uiuos ω 5 quaen *scripsi* quae ω an quae *olim conieceram* quidquam (quicquam) ς priuatum it me seruatum *Thysius, quibus usus sum.* priuatu uim me seruatum *Vat. Reg. et nisi quod* priuau *Rott.* priuatum in me seruat ς 9 *sq. vulgo senarios exhibent* 9 uti eam ς uenundarem ς 10 aequalis atque cognatas *Rott.* aequalis et cognatas φ: *delevi copulam* sermones *edd. vett.* 11 *creticos agnovit Spengelius* nostrarum ς *ferme omnes* 12 itidem a uiro *edd. vett.* 15 consilia ς hocedie *Bergkius* hodie ω hic hodie *olim conieceram* differor sermone miser ω, *correxi.* miser sermone differor *Spengelius.* *Glyconeos* haéc erunt concília hodie: | dífferor sermóne miser *commendat Bue. ceterum longum est varia variorum conamina repetere, quae partim in ed. sec. adnot. partim in coroll.* p. XXV *sqq. leguntur. Cf. praeterea O. Seyffert philol. Wochenschr.* 1884 *n.* 6

II

Sed túa morosane úxor quaeso est? — Vá! rogas? —
Qui tándem? — Taedet méntionis, quaé mihi
Vbí domum adueni, adsédi, extemplo sáuium 160
Dat iéiuna anima. — Níl peccat de sáuio:

Vt déuomas uolt quód foris potáueris. 5

Gellius II 23, 11 'praeter uenustatem autem rerum atque uerborum in duobus libris nequaquam parem in hoc equidem soleo animum attendere, quod quae Menander praeclare et apposite et facete scripsit, ea Caecilius ne qua potuit quidem conatus est enarrare, sed quasi minime probanda praetermisit et alia nescio quae mimica inculcauit et illud Menandri de uita hominum media sumptum simplex et uerum et delectabile nescio quo pacto omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero sene uicino colloquens et uxoris locupletis superbiam deprecans haec ait:

ἔχω δ' ἐπίκληρον Λάμιαν· οὐκ εἰρηκά σοι
τοῦτ'; εἶτ' ἄρ' οὐχί; κυρίαν τῆς οἰκίας
καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ τῶν ἁπάντων ἄντικρυς
ἔχομεν, Ἄπολλον, ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον.
ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στίν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,
νιῷ πολὺ μᾶλλον, θυγατρί. ⟦ πρᾶγμ' ἄμαχον λέγεις·
εὖ οἶδα.

Caecilius uero hoc in loco ridiculus magis quam personae isti, quam tractabat, aptus atque conueniens uideri maluit. Sic enim haec corrupit: sed tua' e. q. s. Nonius 233, 7 'anima rursum alitus oris et odor .... Caecilius: quae mihi ... anima.'

1 ua! rogas? *scripsi* a q̃ me rogas *Rott.* quam errogas *Vat.* quam erogas *Reg.* quam, rogas? *prop. coroll.* XXIX 2 qui Quia tandem *Reg.* quas qui tandem *Rott.* 3 adsedi *Nonii G* atsedi *L* adsedit H^1 assedi φ ac sedi *Guilelmius* auium *Non.* ω 5 euomas *Cobetus*

III

Placére occepit gráuiter, post quam emórtuast.

Nonius 314, 18 'nam et grauiter multum intellegitur. Caecilius Plocio: placere' e. q. s. (Procilio BGH^{1}P^1)

emortuast *scripsi* emortuas BGL^1 emortua H^1 est mortua φ

IV

Sóletne mulier décimo mense párere? — Pol nonó quoque,
Etiam septimo átque octauo.

Gellius III 16, 3 'hoc idem tradit etiam Menander poeta uetustior, humanarum opinionum uel peritissimus. Versus eius super ea re de fabula Plocio posui: *γυνὴ κυεῖ δέκα μῆνας*; *** Sed noster Caecilius cum faceret eodem nomine et eiusdem argumenti comoediam ac pleraque a Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non praetermisit octauum, quem praeterierat Menander. Caecilii uersus hice sunt: soletne' e. q. s. 'Eam rem Caecilium non inconsiderate dixisse neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus desciuisse M. Varro uti credamus facit.' Cf. Plauti Amph. 482.

1 soletne *Hertzius*[1] insoletne *ω*, *mutari noluit Hertzius*[2] insuetne *Bothius* 2 nonoq; etiam *Rott. Reg. Vat.* nonoque et ς nono etiam septimo atque octauo *Junt.* *Septenarios discripsi cum Buechelero: olim cum aliis senarios dimensus in altero* nonó quoque atque octauo atque etiam septimo *ordinabam*

V

Pudébat, credo, cónmemoramentúm stupri.

Nonius 84, 2 'commemoramentum' (om. libri, addidit Junius) 'Caecilius Plocio: pudebat' e. q. s.

VI

Properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

Nonius 153, 14 'properatim, id est properanter.' Idem 155, 3 'properatim et properiter, celeriter, properanter .... Caecilius Plocio: properatim' e. q. s. (C. Plocio properatim om. F[1]L)

istuc] stunc *ω praeter Esc. p.* 155

VII

Conséquitur comes insómnia, ea pórro insaniam áffert.

Nonius 209, 16 'insomnium generis neutri. Feminini Caecilius Plocio: consequitur' e. q. s. (Plochio HL)

affret *W* aufert *FL* *Senariorum duorum dimidia vulgo ponebantur*

VIII

. . . is demum ínfortunatúst homo,
Paupér qui educit ín egestatem líberos; 170

Cui fórtuna et res núda est, continuó patet.
Nam opulénto famam fácile occultat fáctio.

Gellius II 23, 14 'quid de illo quoque loco in utraque comoedia posito existimari debeat manifestum est, cuius loci haec ferme sententia. Filia hominis pauperis in perui-gilio uitiata est. Ea res clam patrem fuit; et habe-batur pro uirgine. Ex eo uitio grauida mensibus exactis parturit. Seruus bonae frugi, cum pro fori-bus domus staret et propinquare partum erili filiae atque omnino uitium esse oblatum ignoraret, gemi-tum et ploratum audit puellae in puerperio enitentis: timet irascitur suspicatur miseretur dolet. Hi omnes motus eius affectionesque animi in Graeca quidem comoedia mirabiliter acres et illustres, apud Caecilium autem pigra istaec omnia et a rerum dignitate atque gratia uacua sunt. Post ubi idem seruus percontando quod ac-ciderat repperit, has apud Menandrum uoces facit (404 K.)

ὦ τρὶς κακοδαίμων· ὅστις ὢν πένης γαμεῖ
καὶ παιδοποιεῖθ'. ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ,
ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,
μήτ' ἂν ἀτυχήσας εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου
ἐπαμφιέσαι δύναιτο τοῦτο χρήμασιν,
ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
χειμαζόμενος ζῇ, τῶν μὲν ἀναιρῶν ἔχων
τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδὲν μέρος·
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν ἅπαντας νουθετῶ.

Ad horum autem sinceritatem ueritatemque uerborum an aspira-uerit Caecilius consideremus. Versus sunt hi Caecili trunca quaedam ex Menandro dicentis et consarcientis uerba tragici tumoris: is demum' e. q. s. 'Itaque, ut supra dixi, cum haec Caecili seorsum lego, ne utiquam uidentur ingrata igna-uaque; cum autem Graeca comparo et contendo, non puto Caecilium sequi debuisse quod assequi nequiret.' Nonius 304, 28 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobili-tatem . . . Caecilius Filiuminalta eorum famam occul-tabat factio.' Cf. Philum. II. Facile tibi persuadeas exci-disse Philumenae locum et versum 4 in his latere; contra sentit Grauertus Anal. 110.

1 infortunatust *Spengelius* est infortunatus ω infortunatus est *edd. vett.* homo Paupér, qui *vulgo* 2 egestate ς 3 ut est *Vat. Reg. Rott., correxi.* est ut ς ut ut est *olim dederam* pateę *Rott.* 4 famem *Rott.* facilem *Rott. Vat. Reg.* *Hic versiculus apud Nonium* 304, 28 *videtur latere, ubi* ita eorum famam occultabat factio. *Vide supra*

IX

Edepól, senectus, sí nil quicquam aliúd uiti
Adpórtes tecum, cum áduenis, unum íd sat est,
Quod diú uiuendo múlta quae non uólt uidet. 175

Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam illud idem' (illud ennii idem Leid. illud idem, ennii m. alt. sed antiqua suprascr., Paris.): 'edepol' e. q. s. 'et multa fortasse quae uolt! atque in ea quidem, quae non uolt, saepe etiam adulescentia incurrit. illud uero idem Caecilius uitiosius [28 sq.]' Nonius 247, 2 'aduenire, uenire. Caecilius in Plocio [1. 2].'

1 si] ut si *Nonii* ω etsi *Bothius* ut *Onions* nil *Fruterius* nihil ω quicquam *om. Inderst.* aliud *om. B Nonii* uiti *om. Nonii* ω 2 unus *L* 3 quod diu] diu quis *Manutius*

X

Patiére quod dant, quándo optata nón danunt.

Nonius 97, 14 'danunt, dant . . . .'

patiere (atiere H^1) ω potiere *Bothius* potire *conieci* di dant *Bothius*

XI

Viuás ut possis, quándo nec quis út uelis.

Donatus in Ter. Andr. IV 5, 10 'quando ut uolumus, non licet] . . . Caecilius in Plocio: uiuas' e. q. s.

nec quis *scripsi: cf. Accii v.* 620 et *symb. de part.* 24 *sqq.* nequis ω nequit *ed. Med.*, *unde* nequitur *Spengelius* non quis *Fabricius*

XII

Abi íntro atque istaec aúfer, si tamen hódie extollat
núptias. 178/9

Nonius 297, 28 'extollere, differre. Caecilius Plocio: abi' e. q. s.

istaec $G^1 H^1$ *Vrbin.* 307 ista haec φ aufer, si *scripsi* aufer *Vrbin.*, *vulgo* aufert (aufest *Par.*) φ auferto *Bothius* *An* extollet?

XIII

Quid hóc futurum obsóniost, ubi tántum sumpti fáctum?

Nonius 484, 33 'sumpti pro sumptus . . .'

obsonio est *Bothius* obsonio et *ω*

XIV

Insánum auspicium: ⟨haut⟩ áliter histriónium est,
Atque út magistratus, públicae ⟨rei⟩ cum aúspicant

Nonius 468, 25 'auspicaui pro auspicatus sum ... Caecilius Plocio: insanum' e. q. s. 'Naeuius belli Poenici ... Caecilius Plocio: ut magistratus publice cum auspicant.'

1 hospitium *HL* *Sequentia alteri tribuit personae Bothius* haud *Spengelius*, *om. ω* histrionium *Guietus* istrionum *ω* 2 aeque *x* publicae rei cum *scripsi* publice cum *ω* cum publicitus *Maehly* publice quando *Bothius* auspicant cum publice *x*

XV

Tú nurum non uís odiosam tíbi esse, quam rarénter uideas?

Nonius 164, 26 'rarenter pro rare.'

nurum tu non uis odiosam tibi Esse *Spengelius*

XVI

Ibo ád forum et paupérii tutelám geram.

Nonius 220, 4 'paupertas generis feminini. Neutri Caecilius Plochio: ibo' e. q. s.

pauperii *scripsi* (*cf. Gellius IX* 14) pauperi *ω* pauperio *Spengelius* pauperie *Bothius*

XVII

Ibó domum: ad plebem pérgitur: publícitus defendúndumst.

Nonius 513, 7 'publicitus pro publice . . . Caecilius Plocio: ibo' e. q. s.

ibi demum *Bothius* domum ibo *Grauertus Anal.* 114 pergitor *Spengelius* péragetur *conieci* (*unde* peragitur *vel* peragitor *x*) defendundum est LW^2 defendendum est *φ*

XVIII

Opuléntitate nóstra sibi ⟨esse⟩ iniúriam
Factám

Nonius 146, 14 'opulentitas pro opulentia . . . . . Caecilius Potio: opulentitate' e. q. s. (Plocio ed. 1526)

1 esse *addidi* eam *x* 2 factam *Mercerus* faciam *ω*, *quo servato olim* ne *post* sibi *inserueram*, si *Bue proposuit* opulentitate iniuriam factam sibi Nostra *Bothius*

XIX

Líberne es? — Non súm, uerum inibi est . . . . . .

Nonius 124, 25 'inibi pro sic et mox . . .'

non sum liber, verum inibist quasi *x*

XX

catellae

Nonius 199, 10 'catellae diminutiuum est catenarum et dicuntur genere feminino.'

POLVMENI

Πωλούμενοι Menandri? Ex inc. XXIV fortasse comparari possit cum Menandri I his: *τάλας, ἔστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις Τὸ φορτίον θείς; σιτόκοπρον ἄθλιον, Ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν.*

At pól ego neque florém neque flocces uólo mihi,
uinúm uolo. 190

Nonius 114, 17 'floces, faex uini. Caecilius: ad pol' e. q. s. Gellius XI 7, 6 'item flocces audierat prisca uoce significare uini faecem e uinaceis expressam, sicuti fraces oleis: idque aput Caecilium in Polumenis legerat.'

Cf. cor. XXIX at *Fruterius* ad *ω* floces *Nonii ω* neque floces neque florem *Vrbin.* 307

PORTITOR

Cf. Ritschelius Parerg. I 158.

. . . . . cur dépopulator? gérrae!

Nonius 118, 33 'gerrae, nugae, ineptiae . . . Plautus

Asinaria: gerrae! . . . idem . . congerro meus, ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas. Caecilius Portitore: cùr d. g.'

depopulato F^1L gerre L fur depopulator gerro *Rostius comm. Plaut.* 282, *non male* fur d. ‖ gerrae! *Kiesslingius*

PROGAMOS

Πρόγαμοι Menandri?

I

Ita quód laetitia mé mobilitat, maéror molitúr metu.

Nonius 346, 14 'moliri, retinere, morari ac repigrare.'

An quom? laetitia *Palmerius* letiale (latiale P) ω letale *Grauertus*

II

audibo

Vide ad Naucl. I.

PVGIL

Cf. *Πύκτης* Timoclis et Timothei.

Tum intér luctandum hunc tímidum tremulis pálpebris
Percútere nictu: hic gaúdere et mirárier.

Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — — unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Caecilius in pugilem: tum' e. q. s. Paulus p. 176 M. 'dicimus enim nictationem et nictum. Caecilius: hunc tremulis p. p. nictu.'

1 luctandum *scripsi* laudandum *cod.* ludendum *Fruterius*

SYMBOLVM

I

Destítuit omnes séruos ad mensam ánte se.

Nonius 280, 2 'destitui rursum statui . . .' (Coelius Bern.)

sex B

II

Audíre ignoti quom ímperant soleó, non auscultáre.

Nonius 246, 14 'auscultare est obsequi . . . Caecilius

Simbolo: audire' e. q. s. (Symbolo Mercerus sembono GH[1] LP ex soembolo ortum embono ceteri libri)

quom *scripsi* quod *ω* quae *Bothius*

SYNARISTOSAE

Ex Menandri Synaristosis haec (IV = 449 K.): *Ἔρως δὲ τῶν θεῶν Ἰσχὺν ἔχων πλείστην ἐπὶ τούτου δείκνυται· Διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσι τοὺς ἄλλους θεούς* affinia videri possunt amoris laudibus quae sunt apud nostrum inc. fab. XV.

Heri uéro prospexísse eum se ex tégulis:
Haec núntiasse et flámmeum expassúm domi

Gellius XV, 15 'ab eo quod est pando, passum ueteres dixerunt, non pansum, et cum ex praepositione expassum, non expansum. Caecilius in Synaristosis: heri' e. q. s. Nonius 370, 14 'passum dispersum, solutum . . . Caecilius sinaristosis (inaristosis Gen. Harl.): heri' e. q. s.

1 heri *pyrrichium aequare demonstravit Ritschelius opusc. II* 255 eumpse *conieci* (*item Bergkius*) *cf. v.* 29 se . . . flammeum *om. Nonius* (*nisi quod* se eum *habet Par.*) 2 haec *m. pr. sup. Petav.* hec *Voss.* nuntiasset *ψ* et nuntiasse *Bergkius: an* ecnuntiasse et? dñi (*i. e.* domini) *Par. Voss.*

SYNEPHEBI

Συνέφηβοι Menandri teste Cicerone de fin. I 2, 4 et de opt. gen. or. 18. 'Synephebum' saturam Varro ut Philemo comoediam inscripsisse videtur.

I

In amóre suaue est súmmo summaque ínopia
Paréntem habere auárum inlepidum, in líberos
Diffícilem, qui te néc amet nec studeát tui.
Aut tu íllum furto fállas aut per lítteras
Auértas aliquod nómen aut per séruolum
Percútias pauidum, póstremo a parcó patre
Quod súmas quanto díssipes libéntius!

* * *

Quem néque quo pacto fállam nec quid inde aúferam,

Nec quém dolum ad eum aut máchinam commóliar
Scio quícquam: ita omnis meós dolos fallácias
Praestrígias praestrínxit commoditás patris.

Cicero de nat. deor. III 29, 72 'ille uero in Synephebis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui in amore summo summaque inopia suaue esse dicit parentem . . . tui. Atque huic incredibili sententiae ratiunculas suggerit: aut tu illum . . . libentius. Idemque facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat, quem neque quo pacto . . . patris. Quid ergo isti doli? quid machinae? quid fallaciae praestrigiaeque?' (sic Vindob. praestigiaeque ceteri libri) 'num sine ratione esse potuerunt?'

1 *constituit Bothius* 4 furto *Bue* fructu *ω* 6 pauidum] timidum *Rehd.* stupidum *aut* bardum (*cf. v.* 250) *malim* 7 dissipes *Leid. c Erl.* dissipis *Leidd. a b Palat. Vind. m.* 1 dissipas *Vind. corr.* dissupas *Rehd.* 8 nec quid inde *Schoemannus* ne quid inde *Leid. b* neque tinde *Vind.* neque ut inde *codd. aliquot Davisii et Moseri, Spengelius* neque unde *Leidd. ac Erl. Palat. cum aliis* neque aliquid *Glog.* neque qui inde *Heindorfius* neque quid *Bothius* 9 neque quem *Erl.* 11 praestrigias *Bue* (*cf. CGl.* V 323, 8 *G.* 'praestrigia') praestigias *ω*: *sed v. supra* praestinxit *χ*, *Lambinus*

II

Serit árbores, quae saéclo prosint álteri.

Cicero Catonis mai. 7, 24 'nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse uiuere: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil omnino ad se pertinere. Serit' e. q. s. 'ut ait Statius noster in Synephebis. nec uero dubitat agricola, quamuis sit senex, quaerenti cui serat respondere: dis inmortalibus . . . et melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam' e. q. s. Idem Tusc. disp. I 14, 31 'serit' e. q. s. 'ut ait ille' ('ille' add. Wolfius, prob. Wesenbergius Emend. Tusc. II 7 'Statius' alii) 'in Synephebis, quid spectans nisi etiam postera saecula ad se pertinere?' Cf. ad inc. inc. I.

saeclo prosint alteri *Spengelius* alteri saeculo prosint (prosient *Cat. Par. in mg. m. alt. sed ant.*) *ω* serit 'Arbores quae álteri saéculo prósient (prosint *Bergkius opusc.* I 218) *G. Hermannus, fort. recte*

III

Pró deum, populárium omnium, ómnium adulescéntium
Clámo postulo óbsecro oro plóro atque inploró fidem!
* * *
. in ciuitáte fiunt fácinora capitália:
⟨Nám⟩ ab amico amánte argentum accípere meretrix noénu uolt.

Cicero de nat. deor. I 6, 13 'conuocandi omnes uidentur, qui quae sit earum' (sententiarum) 'uera iudicent . . . itaque mihi libet exclamare, ut in Synefebis:' (ut terentius in ephebis Erl. ut Statius in S. alii ut Plautus in S. alii ut ille in S. Vrsinus) 'pro deum . . . fidem, non leuissuma de re, ut queritur ille in ciuitate fieri facinora . . . uolt; sed ut adsint cognoscant animaduertant' e. q. s. Deest locus in Vindob. et Palat. 1519.

1 omnium, omnium *Manutius* omnium (*semel*) *Leidd. abc cum libris plerisque* animum *Erl.* 3 *prima syllaba* hac *vel* nunc *fuisse potest* in ciuitate fieri *Cicero* fieri in ciuitate *Orellius* fieri in ciuitate *posito extra versum* fieri *Schoemannus* *Eisdem numeris adulescentem perrexisse videri monuit Spengelius* 4 noenu uolt *scripsi, item Bergkius opusc.* I 384 nunc neuolt *olim.* nuult *Leid. c* non uult *φ* neuolt *FAWolfius*

IV

Ad réstim res redit. — Immo collus, nón res: nam ille argéntum habet. 215

Nonius 200, 21 'collus masculino . . . Caecilius Harpazomene . . . idem Soenefebis: ad restim' e. q. s. Cf. Ter. Phorm. 686. Adde quod ad Imbriorum fr. IV adnotavi.

SYRACVSII

Συρακόσιος Alexidis?

I

Vide, Démea, hominis quíd fert morum símilitas.

Nonius 177, 1 'similitas, similitudo. Caecilius Syracusis: uide' e. q. s.

fert *edd.* feret (feceret W^1) *ω*

II

. . tantan hínc inuasit ín corollam dúlcitas?

Nonius 96, 28 'dulcitas, dulcitudo pro dulcedo ... Caecilius Syracusis: tantan' e. q. s. (Coelius *Wolf.* seracusis Harl. Leid.)

eia *suppleas* tantan *Mercerus* tanta H^1 tantam φ hinc *Vict.* huic ω in corollam dulcitas *scripsi* in corda (corolia *Vrbin.* 307) indulcitas ω (*cf. cor.* XXIX *sq.*) in cor Daui dulcitas *Mercerus* in cor damni dulcitas *Bothius* in tua corda *vel* in cor, Daue, dulcitas *temptaveram* tanta huic i. in cor dandi d. *Bue*

III

híc amet,

Fámiliae famé perbitant, áger autem stet séntibus.

Nonius 391, 22 'stare iterum horrere significat ... Caecilius Syracusi: hic' e. q. s. (Syracusiis Junius) Cf. Plauti Cist. 45.

familiae fame pereant ω (*cf. cor.* XXX) familia ei fame perbitat *Bothius* familiae fame depereant *Beierus* híc amet, fame aliei pereant *Bergkius opusc.* I 393 hic amét, fame famíliae pereant x híc a., f. famĕ pereant *septenario Bue*

TITTHE

Exempli optio data est inter *Τιτθάς* Eubuli, *Τιτθήν* sive *Τιτθάς* Alexidis, *Τιτθήν* denique Menandri. Nihil similitudinis intercedit inter Menandrea (fr. II M.): *οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι Καὶ "σκέψομαι" λέγοντες κ. τ. λ.* et nostri fr. inc. XXIII.

I

220 Praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

Nonius 483, 4 'lacte nominatiuo casu ab eo, quod est lac ... Caecilius Tite: praesertim' e. q. s.

disertim *Fruterius*

II

egon uitám meam

'Asticam conténdam cum istac rústicana ⟨tuá⟩, Syra?

Nonius 258, 34 'contendere significat comparare .... Caecilius Tithae: egon' e. q. s. (thieste Vrbin. 308)

asticam *Bergkius opusc.* I 394 atticam ω ista AG^2P isti, *supr.* a, H tua *Bergkius, om.* ω rustica dura (*vel* uana) *Spengelius. Octonarius iambicus* egon uítam ... rustica, Syra *placuit CFWMuellero*

III

Pér mysteria híc inhoneste ⟨honéstam⟩ grauidauít probro.

Nonius 118, 11 'grauidauit, impleuit. Caecilius Titte: per' e. q. s.

inhonesto *mavult Bue* honestam *Bothius, om.* ω, *quos qui sequi malet primum pedem excidisse statuet* inceste x probo H^2W

IV

atque hércle
Vtrásque te, cum ad nós uenis, subfárcinatam uídi.

Nonius 183, 25 'utrasque pro utrimque uel utrobique. Hemina Historiarum lib. IV: in Hispania pugnatum bis: utrasque nostri loco moti. Caeleus Tithe: atque' e. q. s. Cf. Lachmannus Lucr. 104 Bue lat. decl. p. 32 et ann. philoll. 1867 p. 68. (Caecilius Titthe Mercerus)

2 te *Mercerus* et ω suffarcinatam *Mercerus* subfraginatam ω *Senariorum frusta* atque ... uenis | s. u. *praefert* x

V

[ubi] ádiacentem cómpitum

Nonius 196, 9 'compita .... masculino Varro de scenicis originibus lib. III: ubi compitus erat aliquis. Caecilius Titthe: ubi a. c.'

ubi *ex Varronis loco inl. vid.* abi (*s.* adi) ad (*s.* in) *coniecerunt* adiacentem *Fruterius* adicientem ω

VI

.... hic dúm abit, huc concéssero.

Nonius 270, 6 'concedere, recedere uel cedere ... Caecilius Tithe: hic' e. q. s.

TRIVMPHVS

I

Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus.

Gellius VI (VII) 7, 9 'adprobus tamen, quod significat ualde probus, non infitias eo quin prima syllaba acui debeat. Caecilius in comoedia, quae inscribitur Triumphus, uocabulo isto utitur: Hierocles' e. q. s.

II

Nunc meaé malitiae, Astútia, opus ést subcenturiáre.

Festus p. 306 M. 'succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere — Caecilius in Triumpho: nunc' e. q. s. Paulus 307 M. 'succenturiare — supplere. Caecilius: nunc' e. q. s.

Numeros Bergkius perspexit militiae *Festi cod.* *Hiatum in diaeresi olim* te *inserendo explevi* subcenturiare *O. Muellerus* subcenturia *Festi cod.* succenturia *Paulus* subcenturiata *Bue* subcenturiari *Bergkius* est succenturiata opus *Bothius*

EX INCERTIS FABVLIS

I

230 Núnc enim demum mi ánimus ardet, núnc meum cor cumulátur ira.

Cicero pro Caelio 16, 37 'redeo nunc ad te, Caeli, uicissim, ac mihi auctoritatem patriam seueritatemque suscipio. sed dubito quem patrem potissimum sumam: Caecilianumne aliquem, uehementem atque durum? Nunc enim' e. q. s. Idem de fin. II 4, 14 'intellegas inter illum qui dicat: tanta laetitia auctus sum ut nil constet, et eum qui: nunc demum mihi animus ardet, quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium . . . qui nec laetetur nec angatur.' Caecilianum patrem Quintilianus XI 1, 39 Terentiano opponit. Ei autem vel in Asoto (II) vel in Fallacia (I) vel in Hymnide (VIII) vel in Pausimacho (IV) fingas partes fuisse.

II

O infélix, o sceléste!

* * *

Egóne quid dicam? egon quíd uelim? quae tu ómnia
Tuis foédis factis fácis ut nequiquám uelim.

* * *

Istam ín uicinitátem te meretríciam

Cur cóntulisti? cúr inlecebris cógnitis 235
Non . . . refúgisti . . . . .
. . . . cur álienam ullam múlierem
Ností? . . . . . .
. . . . . dide ac dísice,
Per mé licebit 240
. . si egebis, tíbi dolebit, míhi sat est,
Qui aetátis quod relíqüom est oblectém meae.

Cicero pro Caelio 16, 37 ubi eis quae ad I descripsimus, statim haec subiunguntur: 'aut illum: o infelix, o sceleste! Ferrei sunt isti patres: [2. 3] uix ferendi.' (del. Franken Mnem. VIII 219 et F. Schoellius mus. Rhen. XXXV 559 'ferenda' Salisb.) 'diceret talis pater: cur te in istam uicinitatem meretriciam contulisti? cur inlecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? dide ac dissice, per me licebit: si egebis ... meae. Huic tristi ac derecto seni responderet Caelius' e. q. s.

2 quidicam *Par. m. pr.* egone (*om.* quid uelim) *Brux.* egone quid uelim *Par. Salisb. cum ceteris* quid uelim *Spengelius* quae *referendum ad* omnia, *de quibus in superioribus sermo fuerat.* qui *Spengelius* 4 cur te in istam uicinitatem (ciuitatem *Brux.*) meretriciam contulisti? *Cicero* cur in uicinitatem istam meretriciam Te c. *Spengelius* 6 *sq.* non effugisti? cur alienam mulierem Cognosti? *Spengelius* 9 disiice *Orellius: cf. coroll.* XIII *sqq.* dissice *Put.* disce φ 11 *praemitti* olim *vel* posthac *licet* si egebis *om. cum Spengelio Schoellius, ut unus senarius* per me . . . est *currat* dolebunt *Brux.* sat est *om. Brux. Erf.* 12 reliquom *Par.* reliquum *vulgo.* *An* quod mi est réliqüom?

III

Vt me hódie ante omnes cómicos stultós senes
Versáris atque inlússeris lautíssime.

Cicero Lael. 26, 99 'quid autem turpius quam inludi? quod ut ne accidat, magis cauendum est. ut me hodie' e. q. s. Idem Cat. mai. 12, 36 'nam quos ait Caecilius comicos' (comicus libri) 'stultos senes, hoc significat credulos obliuiosos dissolutos, quae uitia sunt non senectutis, sed inertis ignauae somniculosae senectutis.'

1 tu me *malit Halmius* 2 iusseris *Gud.* illuseris *August.*

ut iusseris (*h. e.* inl., *ni f. cf. Afran.* 87) φ lusseris *tuetur P. Langen Beitr.* 18 ut lusseris *Bue* elusseris *Halmius* unxeris *Palat. a* emunxeris *Bentleius in Hor. a. p.* 96

IV

245 'St tacete: quíd hoc clamoris? quíbus nec mater néc pater,
Tánta confidéntia? auferte ístam enim supérbiam.

Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum mutatus, aut aliqua pars uersus, ut Statii a Scauro stomachante (ex quo sunt nonnulli, qui tuam legem de ciuitate natam, Crasse, dicant): st tacete' e. q. s. (satius vel statius scauro stomachanti ω, corr. Bakius) Deest locus in Erl. vet. et Abrinc.

1 st] sed *Pal.*[2] *Erl.*, *om. M* (*mutili*) si *L* (*h. e. Laud. amissi apographa*) nec *om. L Erl.* mater nec pater *Harl. Leid.* pater nec mater *M* sit *add. L Erl.*, *unde* nec pater nec mater est *Leo Pl. F.* 285 2 confidentia estis ω, estis *del. Schuetzius* auferte *Leid.* aufert φ istāc *L Erl.* in *M* enim *om. M Erl.* t. c. estis? aufertin superbiam? *Leo* auferte nunc istam superbiam *ed. Rom.*

V

Si cónfidentiam ádhibes, confide ómnia.

Isidorus Orig. X 40 'confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. unde et Caecilius: si' e. q. s.

habes *Par.* adhibens *Wolfenb.*

VI

. . . innocéntia eloquéntiast.

Apuleius apolog. c. 5 'sane quidem si uerum est quod Statium Caecilium in suis poëmatibus scripsisse dicunt, innocentiam eloquentiam esse' e. q. s.

Quod breviter tetigit Apuleius dictum aliquo modo in numeros redegi: expleri sententiam sic fere saepe innocentia ipsast eloquentia *suasi in coroll. p.* XXX animi *praemitti iubet Spengelius ind. litt. Gotting.* 1865 *p.* 550

VII

Tantám rem dibaláre ut pro nilo hábuerit.

Varro de l. l. VII 103 M. 'multa ab animalium uocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut ... Caecilii: tantum' e. q. s. (Cilii Flor. Haun.)

tantam *Scaliger*, *qui* dibalare rem *interpretatur καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν: immo vituperatur qui secretum* balando, *i. e. garriendo differre et divulgare non veritus sit.* tantum *ω*

VIII

. . . . nímis audacem nímisque bardum bárbarum

Pauli Festus p. 34 M. 'bardus stultus, a tarditate ingenii appellatur. Caecilius: nimis' e. q. s.

IX

Quísquilias uolántis, uenti spólia memorant: í modo!

Festus p. 257 M. 'quisquiliae dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumue cadit, uelut quidquidcadiae. Caecilius: quisquilias' e. q. s. Cf. Hymnis VI.

memoras, i modo *Scaliger*

X

Omnibus laetítiis laetus íncedo . . . . .

Cicero de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit, eandem quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitiis laetum esse se narrat.' Idem ad fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis laetus'.

XI

. . . . . quántum amantum in 'Attica est

Charisius p. 98 P. 'amantum Caecilius, ut etiam Plinius notat: quantum' e. q. s.

in Attica *scripsi* in natica *cod.* in riatica *ed. pr.*

XII

. . . . . nomen uírginis,

Nisi mírum est, deintegráuit.

Nonius 101, 25 'deintegrare, deminuere ... Caecilius: nomen' e. q. s.

1 *sq. unius septenarii frustum esse vult Bue* 2 nisi mirum

est] *cf. Plauti Pseud.* 1213 *et symbolae meae ad part. Lat. p.* 17 deintegrabit *olim conieci, quod non necessarium.* uirginis H^1 *W* uerginis *φ*

XIII

Venério cursu uéni, prolató pede
Vsque ád scaphonem

Isidorus Orig. XIX 4, 5 'scaphon funis in prora positus. de quo Caecilius: Venerio' e. q. s. (cecilius, m. 2 suprascr. lucilius Monac. licinius, suprascr. eadem m. uel cecilius Tegerns., unde de auctore huius loci dubitari posse monet Spengelius)

1 cursum *Wolfenb.* prolatum *Wolfenb.* pede *sc. veli*] pede/// (*erasa* s) *Monac.* pedes *Sangerm.* 805 *et scr.* s *in ras. Sangerm.* 806 2 scaphonem *Emeranus* safonem *Monac. Sangermann.* fabonem *Wolfenb.* saphonem *alii* safon *gloss. Bern.*

XIV

. . . . . mane ut éx portu in Piraéum

Cicero ad Att. VII 3, 10 'uenio ad Piraeea, in quo magis reprehendendus sum quod homo Romanus Piraeea scripserim, non Piraeum — sic enim omnes nostri locuti sunt — quam in quod addiderim . . . . nostrum quidem si est peccatum, in eo est quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco, secutusque sum, non dico Caecilium: mane' e. q. s. 'malus enim auctor Latinitatis est, sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi: heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeum.'

XV

. . . . . deúm qui non summúm putet,
Aut stúltum aut rerum esse ínperitum exístumem:
Cuii ín manu sit, quém esse dementém uelit,
Quem sápere, quem sanári, quem in morbum ínici
. . . . . .
Quem cóntra amari, quem éxpeti, quem arcéssier.

Cicero Tusc. disp. IV 32, 68 'totus uero iste qui uolgo appellatur amor . . . tantae leuitatis est, ut nihil uideam quod putem conferendum. quem Caecilius deum' e. q. s. Versus 1 sq. congruere cum Euripideis (Augae fr. 269 N².) *Ἔρωτα*

δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, Ἢ σκαιός ἐστιν ἢ κακῶν ἄπειρος ὢν Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν monuit Meinekius.

1 ego uero Amorem *supplevit Bentleius* 2 rerum] uenerum *coniecit Meinekius* existumet (*ex Ciceronis ore*) *Reg. Pith. Gud.* existimat *vulgo* existumo *Bentleius* 3 cuii *scripsi: cf. Pompon.* 146 *et Ritschelius ad Plauti Trin.* 358 *ed.* 2 cui *ω, nec offendit Bentleium: Ciceronis, non poetae esse arbitratur CFWMueller* cuius *Ernesti, quod olim probavi* 4 sanari *Oxonn. aliq. ut vid., Manutius, Bentleius* insanire *φ Versum excidisse vidit Bentleius talem fere:* quem odio ésse, quem contemni, quem excludi foras 5 quem expeti, quem arcessier *Bern., Erasmus, Bentleius* quem expeti quem arcessiri (*vel* accersiri *Pith.*) *φ* quem accersiri, quem expeti *Cratandrina*

XVI

Homo hómini deus est, sí suum officiúm sciat.

Symmachus epist. IX 114 'recte Caecilius comicus homo, inquit, homini' e. q. s. Cf. Epist. II

XVIII

Saépe est etiam súp palliolo sórdido sapiéntia. 266

Cicero Tusc. disp. III 23, 56 'hic Socrates commemoratur, hic Diogenes, hic Caecilianum illud: saepe' e. q. s.

XIX

Quaeso ígitur, quisquis és, mea mulier . . .

Nonius 197, 34 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . . Caecilius: quaeso' e. q. s.

quaero *Onions* quis *trochaeos metiens x*

XX

Grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus

Nonius 119, 19 'gramiae, pituitae oculorum.' Cf. Plocium.

grammonsis *FHL* grammosis *φ* dentibus F^1 *Aldina* gentibus *φ*

XXI

Aduéhitur cum iligná corona et chlámyde: di uostrám fidem!

Gellius V 6, 12 'ciuica corona ... fit e fronde quernea ... fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii: aduehuntur, inquit, cum' e. q. s. Cf. Triumphus.

aduehitur *Bothius* adueuntur *Rott.* adueū *et* unt *in fine et in principio paginae Vat.* aduehuntur φ iligna *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 25 ilignea (lignea *Reg.*) ω áduehunt Eúm cum iligneá corona *CFWMueller*

XXII

270 Pro di ínmortales! únde prorepsít truo?

Pauli Festus p. 367 M. 'truo auis onocrotalus. Caecilius irridens magnitudinem nasi: pro' e. q. s. Cf. CGl. II 384 G. *ὀνοκρόταλον trico.*

unde hic *Aldina, fortasse recte*

XXIII

si quassánte capite trístes

Incédunt.

Servii Lemovic. in Verg. georg. I 74 'quassante, i. e. quassa, quae sonet cum quassatur.' Cf. Plauti Asin. 403.

sic *malo*

XXIV

séquere me. — Perii hércle. — Tu, quid enim óscitans Hietánsque restas?

Diomedes p. 336 P. 'hiare et hietare ueteres dixerunt ... Caecilius: sequere' e. q. s. (Caecilius Putschius caelius Par. A Mon. cod. Scioppii celius Par. B)

1 *praemittendum* age *vel simile quid: octonarium continuum praefert Bue* perii hercle *nunc scripsi et personas distinxi.* peri hercle *Monac., cod. Scioppii* periercle *Par. A* pehercle *Par. B* praei hercle *Putschius, merito repudiavit CFWMueller l. l.* 742 quid *scripsi, om. Par. B* qui φ enim *vel* nam *conicio* mihi ω mi *Spengelius* 2 restans *Par. A*

XXV

operis remex

Cicero de orat. II 10, 40 'et Crassus, nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliuit hominemque reddidit. nam hesterno sermone

unius cuiusdam operis, ut ait Caecilius, remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras, inopem quendam humanitatis atque inurbanum.'

operis remigem aliquem aut baiulum *sunt qui tribuant Caecilio*

[XXVI 275

Dum taéniam, qui uólnus uincirét, petit]

Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno [I] et alias: dum' e. q. s. O. Muellero, cui hic versiculus Caecilii non esse videbatur, ita adsentior, ut tragoediae etiam multo aptiorem habeam.

petit *om. Vrsinus*

XXVII

Profértoque nóbis in múndo futúrum

Lectum

XXVII sq. Charisius p. 181 P. 'in mundo pro palam et in expedito, ac cito; Plautus . . . Caecilius quoque, ut Annaeus Cornutus libro tab. castarum patris sui: profecto' e. q. s. 'item idem: namque' e. q. s. (lib tab̄ castar̄ patris sui cod. libro fabularum castarum patris sui Lindemannus. In litteris tab̄ castarum O. Jahnius Proleg. in Pers. p. XXI latere coniecit tabernariarum, in sequentibus autem patris sui titulum fabulae, Caecilianum denique locum excidisse; in libro I epistularum conieceram. libro tabularum castrensium Bue mus. Rhen. XXXIV 347)

1 profertoque *scripsi dubitanter* profecto qui *cod.*

XXVIII

. . . namque ⟨míhi⟩ malum in mundóst, ere

num qui *Lindemannus* nam cui *prop. Bue* in mundost ere *Bue Coniectanea Latt.* (1868/9) *p.* 7 in mundo si ire *cod.* nam quia malum in mundo esse sciret *coni. Keilius*

XXIX

Si nón sarciri quítur

Diomedes p. 380 P. 'Accius quitus sum . . . queuntur. Caecilius praeterea: si n. s. quitur.'

XXX

280 Dí boni! quid hoc?

Rufinus de metris com. CGL VI 556 K. 'Varro in VII: clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium: an haec iam obliti sunt Phryges? Non nunquam ab his initium fit, ut apud Caecilium: di boni quid hoc? apud Terentium: discrucior animi.'

Tripodiam troch. catal. possunt in cantico vel trochaei vel iambi vel cretici vel bacchei secuti fuisse: minus probabilia protulit Hermannus elem. 181 *epit.* 70. *Cf. praeterea Studemundus de cant. Plaut.* 4

XXXI*

. . . . . ó tristes inéptias!

Seneca epist. 113, 26 'haec disputamus adtractis superciliis, fronte rugosa. non possum hoc loco dicere illud Caecilianum: o tristes ineptias! ridiculae sunt.' Caecilianum] caelianum Bamb. teste Bue cicilianum, caeciliani, celanum, celiani ceteri codd.

XXXII

. . . . . íncolumi insciéntia

Fronto epist. II 6 p. 31 Nab. 'igitur paene me opicum animantem ad Graecam scripturam perpulerunt homines, ut Caecilius ait, incolumi inscientia.'

XXXIII

uallata gula

Macrobius Sat. III 15 (II 11), 9 'sed quis neget indomitam apud illos et, ut ait Caecilius, uallatam gulam fuisse?'

XXXIV

decora domi

Donatus in Ter. eun. IV 7, 45 'domi et foci genetiui sunt. Caecilius: decora domi.'

XXXV

285 glabrum tapete

Nonius 229, 4 'tapete generis neutri. Turpilius (217) et Caecilius: glabrum tapete.' Caecilii memoriam secludit x.

XXXVI

Leontium

Charisius p. 80 P. 'Leontion et Crusion et Panion' (Chrysion Spengelius thyrusion et faunion Neap. thrusion et paunion excerpta Par.) 'ex neutris Graecis feminina nostri' (sic Keilius 'neutra' Neap.) 'fecere * et Plautus quod dixit haec Phronesium, et Caecilius Leontium' (haec Leontium Fabricius). Chrysion fabula Caeciliana; *Φάνιον* Menandri comoedia, Phanium in Terentii Phormione v. 201. 218 legitur.

XXXVII

Horatius a. p. 238 'ut nihil intersit Dauusne loquatur et audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum, An custos famulusque dei Silenus alumni.' Comm. Cruq. in l. l. 'Pythias persona comica in comoedia Lucilii' (immo Caecilii) 'quae inducitur per astutias accipere argentum a Simone domino suo in dotem filiae.'

Cf. Pseudoacro: 'non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium comoediographum inducitur' (sic Par. γ lucillium satyricum inducitur ed. Rom. a. 1474 lucilium inducitur tragoediographum rell.) 'ancilla per astutias accipere argentum a domino. nam fefellit dominum et accepit ab eo argenti talentum: fuit enim haec eadem meretricula rapax, ut Thais, quae lucrum facit.' Caecilii nomen restituendum esse recte monuit Orellius, certam comoediam Horatium innuere miro iudicio negat Dieterich Pulc. 126.

XXXVIII

gnoscit

Diomedes p. 378 P. 'gnoscit ait Caecilius.' (ignoscit Monac.)

XXXIX

facilioreis. sanctioreis.

Charisius p. 104 P. 'facilioreis Caecilius, inquit Plinius, idem et sanctioreis ait.'

XLI

290 fác uelis:

Perfícies.

Iulius Rufinianus 19 p. 43 H. '*ἀποφώνημα*, sententia responsiua, ut apud Caecilium: fac u. p.' (Caecilium Ruhnkenius Caelium ed. princ.)

1 *sq. potest etiam septenarii initium* fác uelis: perficies *fuisse*

XLII

Festus p. 229 M. 'profesti dies di[cti, quod sint procul a religione numinis] diuini. Caecilius .... sti tantundem ..... [Afranius] in Priuigno' e. q. s.

XLIII

Tántum bellum súscitare cónari aduersários
Cóntra bellosúm genus!

Nonius p. 80, 32 'bellosum, bellicosum. Caecilius: tantum' e. q. s. (cecilius EH²PW celius, caelius, coelius φ) Coelii Antipatri fragmentis (5 P.) inseri solent; a numeris non aliena esse, ut fortasse Caecilii sint, monui in coroll. p. XXXI.

IVVENTIVS

ANAGNORIZOMENE

Quód potes, sile céla occulta tége tace mussá mane.

Festus p. 298 M. '[summ]ussi dicebantur [murmuratores] — — nam mussare si .....s in Agnorizomene: quod' e. q. s. (Anagnorizomene Augustinus.) Paulus p. 299 M. 'summussi ... Terentius mussare pro tacere posuit, cum ait: sile ... mussa.' (Iuuentius Lindemannus Terentius Paulus, quem intellegit Terentium Libonem Fregellanum Scaliger Coni. in Varr. p. 83 Caecilius Vrsinus, de quo dubitat Spengelius. Cf. inc. fab. I. II)

oc ..... *cod. Festi*

EX INCERTIS FABVLIS

I

gaúdia

Sua si ómnes homines cónferant unum ín locum,
Tamén mea exsuperét laetitia.

Varro de l. l. VI 50 M. 'laetari ab eo, quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum. itaque Iuentius ait: gaudia' e. q. s. (Deficit hic F. iuuentus fH Par.a iuñecius Par. b Terentius Rholandellus)

2 omnes homines] omnia omnes *L. Spengelius, non male Trochaei tales* gaúdia sua si ómnes . . . . locum Támen mea exsuperét laetitia *praeplacent aliis. Cf. O. Brugmanus l. l.* 48

II

pállium

Non fácio flocci ut spléndeat.

Gellius XVIII 12, 2 'id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter sese mutua uerterent. Iuuentius in comoedia: pallium, inquit, non facio f. ut s. Nonne hoc inpendio uenustius gratiusque est quam si diceret: maculetur?' (Iuuentius Rutgersius Varr. lect. IV 19 iuuentus s. inuentus ψ terentius Magl.)

2 non facio *om. Par. Lugd. Magl.* ·S· *Dan. Pet.* ·2· *Voss.* (*quibus signis videtur lacuna indicari*) *Iambici octonarii frustum* . . . . . pállium floccí non facio ut s. *Fleckeisenus commendavit*

III

. . . caput ei téstatim diffrégero.

Charisius p. 196 P. 'testatim Iuuentius: caput ei t. d.' Verba iuventius caput minus certa sibi apparuisse testatur H. Keilius.

deffregero *cod.* defregero *Putschius*

IV*

† ita tradedeq. in re neq. in
Iudícium Aesopi néc theatri tríttiles

Varro de l. l. VII 104 'Maccius in Casina a fringuilla . . . † sues auoluerat ita' e. q. s. Sueti (sc. Suei) a uolucribus O. Muellerus. Suei a colubra Baehrens. Iuuentius ab ulula conieceram mus. Rhen. XXVII 183: cf. coroll. XXXII.

ita tradidi: quid ni? neque hili ⟨existumo⟩ Iudícium .... trittiles ⟨Vocés⟩ *olim lusi: nunc in desperato loco nolo amplius periclitari.* ita tragoediae | qua in ré neque in iud. *e. q. s. Bue mus. Rhen.* XXIX 197

V

scrupipeda

Varro de l. l. VII 65 M. 'scrupipedam Aurelius scribit ab scauripeda: Iuuentius comicus dicebat a uermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius a pede ac scrupea.' Cf. Plauti fr. 100 Sch.

LVSCIVS LANVVINVS

Cognominis formam Lanuvinus vindicavit Dziatzko ad Ter. Phorm. 1.

PHASMA

Donatus in Ter. eun. prol. 9 'idem Menandri Phasma nunc nuper dedit] bene nunc nuper, ut ex uicinitate facti ostendat nihil esse dicendum quam displicuerit haec comoedia Luscii Lanuuini, propterea quod res recens sit et omnes meminerint. Phasma autem nomen est fabulae Menandri.'

Menandri nomen additum propter *Φάσμα* Philemonis (*Φάσμα ἢ Φιλάργυρος* Theogneti). Acta primum Eunuchus a. 593/161.

THENSAVRVS

Terentius eun. prol. 10 'atque in Thensauro scripsit causam dicere Prius, unde petitur, aurum qua re sit suum, Quam ille qui petit, unde is sit thensaurus sibi, Aut unde in patrium monumentum peruenerit.'

Donatus in l. l. 'arguit Terentius quod Luscius contra consuetudinem litigantium defensionem ante accusationem induxerit. Huius modi enim est Luscii argumentum: adulescens, qui rem familiarem ad nequitiam' ('nequitia' Bentleius) 'prodegerat, seruum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi uiuus magnis opibus apparauerat, ut id aperiret, inlaturus epulas, quas pater post annum decimum cauerat sibi inferri. sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex quidam auarus ab adulescente emerat. seruus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis thesaurum cum epistola ibidem repperit. senex thesaurum tamquam a se per tumultum hostilem illic defossum retinet et sibi uindicat. adulescens iudicem capit, apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: Athenienses ... praedicem et cetera. Quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta' ('arguit et' Bentleius) 'notat Terentius, quod ille ordo potior erat, ut adulescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur.' Cf. *Θησαυρός* Anaxandridis Archedici Cratetis Dioxippi Diphili Menandri: nam Philemonis fabulam Plautus vertit in Trinummo. Menandrum Luscii auctorem fuisse probabilis est virorum doctorum coniectura. Senariorum vestigia in argumenti narratione agnovit Leo mus. Rhen. 38, 322.

Athénienses, béllum cum Rhodiénsibus
Quod fúerit quid ego hic praédicem? . . . .

2 quod fuerit ⟨dudum nobis⟩ quid e. p.? *suppl. Dziatzko ann. phil.* 1880 *p.* 812

EX INCERTIS FABVLIS

I

Terentius haut. prol. 30 'ne ille pro se dictum existumet, Qui nuper fecit seruo currenti in uia Decesse' ('Dixisse' Bentl.) 'populum: cur insano seruiat? De illius peccatis plura dicet, cum dabit Alias nouas, nisi finem maledictis facit.'

II

Terentius Phorm. prol. 4 'qui' (scil. poeta uetus) 'ita dictitat, quas antehac fecit fabulas' (sc. Terentius),

'Tenui esse oratione et scriptura leui: Quia nusquam insanum scripsit adulescentulum Ceruam uidere fugere et sectari canes Et eam plorare, orare ut subueniat sibi.' Ad quae cf. Donati scholia.

SEXTVS TVRPILIVS

BOETHVNTES

I

Melésia! intus céssas? credo hercle hélluo
Tubúrcinatur.

Nonius 179, 25 'tuburcinari significat raptim manducare . . . Turpilius Boëthuntibus: Melexia' e. q. s. Boethontibus H^2L^2W Boethantibus H^1

1 Melesia *scripsi ut Bergkius opusc.* I 208. 395 melixia *H* melexia φ cessas H^1 cessat φ

II

Eum dérepente dúcere uxorem aúdio.

Nonius 518, 3 'derepente. Turpilius Boetuntibus: eum' e. q. s.

ducere uxorem audio *Bothius* uxorem audio ducere ω

III

qui uérba uenatúr mea,
Pestís, si abscedat. — 'At sermonem hinc súblegam.

Nonius 332, 28 'legere surripere significat, unde et sacrilegium dicitur, id est de sacro furtum . . . Turpilius in Boetuntibus: qui uerba' e. q. s.

2 pestis, si abscedat *scripsi* pestis arscedat (amrscedat *P*) ω pestis? (*vel* postis) Arcedat *Scaliger* postibus abscedat *Bothius* perii, si arcedat *x*. *Apertius se locuturum esse profitetur, si inportunus nescio quis auditor abierit: at is furtim e latebris captat sermonem. Personae vulgo non distinguuntur* at] et ω nec *Bothius: an* ei? sublegam ω sublegat *Scaliger*

IV

. . . quaeso cógita ac delíbera.

Nonius 429, 19 'inter cogitare et deliberare hoc inter est: cogitare est confirmare,' ('considerare' x) 'deliberare confirmare. Turpilius Boetuntibus: quaeso' e. q. s.

delibera *cum sequentibus om. Ba*

V

Mácte uirtute ésto.

Nonius 342, 1 'mactare est magis augere . . . Turpilius Boetontibus: macte u. e.'

An iambice macte ésto uirtute?

VI

Nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut uulgó solent.

Nonius 23, 5 'sagae mulieres dicuntur feminae ad lubidinem uirorum indagatrices . . . Turpilius Boethontibus: non' e. q. s.

CANEPHORVS

Κανηφόρος Anaxandridis fuit et Menandri. Huius fr. 253 K.: *ἀλογίστου τρόπου Ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον* Ladewicus de Volc. Sedig. 18 composuit cum nostro I. Loquitur autem qui inconsiderantiam suam insita naturae indole excusat.

I

Ita ést: uerum haut facile ést uenire illi úbi sita est sapiéntia.

Spíssum est iter: apísci haut possem nísi cum magna míseria.

Nonius 392, 26 'spissum significat tarde . . . Turpilius Caneforo: ita' e. q. s.

1 íta, *del.* est, *olim dedi: cf. coroll.* XXXIII haut *Stephanus* aut *ω* illo *Lipsius Ep. qu. V* 2 sita *B*, *Rothius* si ita GH^1L^1 spissa *φ* 2 apisci *scripsi* adipisci *ω* haut *Lipsius* aut *ω* possem *scripsi* posse *ω* possis *Lipsius* spissúmst iter: adipisci haúd potestur *Bergkius*

II

. . testamentum érgo celabís? — Logi!

Nonius 63, 19 'logi a Graeco sermone, uel dicta ridicula et contemnenda . . . Turpilius Caneforo: testamentum' e. q. s.

III

Satis frúcti reddunt.

Nonius 491, 6 'fructi uel fructuis pro fructus.'

IV

. . . nosti quám sit gracili córpore.

Nonius 116, 9 'gracilitudo et gracilens pro gracilis et gracilentum pro gracili et gracilium pro gracilitas.' (pro gracili et gracilium om. Bamb. Scribendum 'gracilitudo pro gracilitas, gracilens et gracilentum et gracilum pro gracili.') 'Accius . . . gracilitudo . . . Ennius . . . filo gracilento. Naeuius' (immo 'Laeuius', ut vidit Osannus) 'Protesilaodamia . . gracilenticolorem . . gracilens fit. Turpilius Caneforo: nosti' e. q. s.

gracili EH^2PW gracile H^1 cracile FL cracilo *Quicheratus, fort. recte* corpus *L?*

DEMETRIVS

Fr. V Scaliger Coni. in Varr. p. 159 monuit convenire cum Alexidis ex *Δημητρίῳ ἢ Φιλεταίρῳ* fr. 46 K.: *πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος Ἐν τῇ θαλάσσῃ λαμπρός, ἰχθῦς οὐκ ἂν ἦν Οὐδενὶ φαγεῖν. νυνὶ δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασιν Τούτοις Φάυλλος προσγέγονε χειμὼν τρίτος κ. τ. λ.* Praeterea fr. X similibus praefari videtur Turpilius, qualia apud Alexidem extant fr. 45: *ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν Τρόπον τίν' ἐστί κ. τ. λ.*, quibus contradicitur fr. inc. XV (278): *οὐδέν γ' ἔοικ' ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν κ. τ. λ.* Ceterum de argumento ex Graeco poeta nihil sane, aliquantillum saltem ex nostro disci potest. Certe constat de adulescente inperito et paulo stupidiore (II. IX), qui cum nescio quibus turbis invitus ab amata abalienatus esset (IV), in gratiam cum ea redit. Nec desunt aut de patre decepto (XVI) aut de meretrice (XIV) testimonia. Ab ea autem diversa fortasse fingi potest ipsa virgo amata, ad quam pertinere putaverim XI et XIII.

I

Ab ínitio ut res sít gesta enodá mihi.

Nonius 15, 16 'enoda significat explana . . .'

ut res est gesta *vel* uti res gestast (*s.* res ut gestast) *Ed. Becker stud.* I 158

II

Timére occepi et ínterdum oscitárier:
Inéptus quid mihi uéllem ex insoléntia
Nescíbam.

Nonius 322, 18 'insolens rursum non solens . . .'

1 tumere *conieceram* occoepi et *Lipsius Ep. qu. V* 12 occepi *B G H*^{1} hoccepit *L* occepit φ 2 quod *B H*^{1} *L*^{1} 3 nescibam *Lipsius* nesciebam ω

III

Pudét pigetque meí me . . . . .

Nonius 424, 4 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere poenitentiae . . .'

IV

. . nunc me ex aliórum ingeniis iúdicat,
Intércapedo quórum amicitiás leuat.

Nonius 337, 2 'leuare etiam minuere . . .'

1 num *x*

V

Antehác si flabat áquilo aut auster, ínopia
Tum erát piscati.

Nonius 488, 18 'piscati pro piscatus . . .'

1 flauat *L*^{1} fluat *Ba* 2 erat *Ba H*^{2} ērat *L* eorat *H*^{1} *L*^{1} *P* eoraut *W* orat φ

VI

In ácta coperta álga inoras óstreas

Nonius 216, 5 'ostrea generis feminini . . .' Cf. Onom. 'inora ἄστομος'. Festus Pauli p. 114 M. 'inori, inores.'

coperta *L*^{1} cooperta φ alga *Palmerius* age ω

VII

Nec récte dici míhi quae iam dudum aúdio.

Festus p. 162 M. 'nec coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiunctiuam, ut nec legit nec scribit, cum, si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intellegi possit eam positam esse ab antiquis pro non — — apud Plautum in Fasmate: nec recte si illi dixeris' et Turpilium in Demetrio: nec' e. q. s. Paulus p. 163 M. 'nec ... ponitur et pro non. Turpilius: nec' e. q. s.

quae *H. Keilius* que *cod. Festi, om. Paulus*

VIII

Etiám me irrides, péssime ac sacérrime?

Nonius 397, 28 'sacrum etiam scelestum et detestabile; ita et consecratum ....'

etiam (*post* Demetrius) BGH^1L sed iam H^2W set iam φ irrides *Bothius* irridens ω

IX

'Nam si íceris me pósthac, credas míhi uelim'
Inquít, quid censes? — Túm dolebit scílicet.

Nonius 124, 11 'icit significat percutit, ab ictu ....' Plauti Stichum v. 345 comparavi coroll. XXXIII.

1 nam *edd.* nanam ω 2 quid censes? tum *Bothius* tum quid censes ω

X

Homo única est natúra ac singulária.

Nonius 491, 1 'singularia pro singulari.'

XI

Vide mírum ingenium ac délenificam múlierem:
Commórat hominem lácrimis.

Nonius 278, 1 'delenitus, ad nostram consuetudinem placatus.'

1 delenificam *edd.* delenifica ω delenificum mulierum *Bothius*

XII

Sandálio innixa dígitulis primóribus

Nonius 427, 28 'priores et primores hanc habent diuersitatem: priores enim comparatiui sunt gradus, primores summae quaeque res . . .'

digitulis *Passeratius* (cf. Plauti Bacch. 675) digitis *H* dicigitis φ

XIII

Meós parentes cáreo.

Nonius 466, 8 'carere etiam re bona potest dici. Turpilius Demetrio dolentis persona: eos p. c.' Idem 497, 17 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo.'

meos] eos ω *p.* 466 careo] doleo *Ba p.* 466, *om. idem p.* 497

XIV

Non súm iurata.

Diomedes p. 397 P. 'apud Turpilium comoedia nobili, cuius titulus Demetrius, legimus iurata sum perfecto finitiuo dictum. Iuuenis est qui consulit, meretrix respondet: non sum iurata, pro eo sane quod est: iurasti? non iuraui.'

XV

Numquám nimis numero quémquam uidi fácere, quom facto ést opus.

Nonius 352, 19 'numero significat cito. Accius Oenomao [VI] Antigona [VI] Turpilius Demetrio: numquam' e. q. s.

quom *x* quam ω quod *Scaliger* facto *BGH* fato φ

XVI

. . . . at étiam ineptus méus mi est iratús pater,
Quia sé talento argénti tetigi uéteri exemplo amántium.

Nonius 408, 26 'tangere etiam circumuenire.'

1 ad F^1L mi *Bothius* mihi ω 2 amantium *Carrio*, *Gulielmius* amanti ω

XVII

tapete

Festus p. 351 M. 'tappete' (cf. Ritschelius opusc. II 527) 'ex Graeco sum . . . . . tae Ennius cum ait t . . . . . lius in Demetrio le . . . . . ueterem. sic tappet . . . . . .' Cf. inc. fab. III.

DEMIVRGVS

Ex Menandri fabula cognomine quadrant haec (fr. 114 K.) *μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς* ad fr. II, quamquam id propius etiam accedit ad hunc ex Boeotia Menandri versum (III M. 90 K.): *πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλυμμ' ἐστὶν κακῶν.* (Cf. sent. Menandri Vrbin. O 6 ed. M.) Ceterum adulescens, qui cum meretrice rem habuerat (I IV: cf. V), honestum cum virgine quadam matrimonium inire cogitur (III).

I

Ergo édepol docta díco: quae muliér uolet
Sibí suum amicum esse índulgentem et diútinum,
Modice átque parce eius séruiat cupídines.

Nonius 342, 26 'modicum ueteres moderatum et cum modo' (ita Vat. 2916 'commodo' ceteri) 'dici uolunt . . .'

1 ergo *ψ*, *om. W*[1]: *cf. Plauti Capt.* 1017 *Pers.* 24 *et Terentii adelph.* 959 ego *Vatic.* 2916, *Acidalius in Curc. c.* 5 domo *Bergkius opusc.* I 395, ergo *ex* Demiurgo *perperam repetitum*, domo *autem propter* modo, *quod paulo ante legatur, omissum esse coniciens; sed* modo *istud supra in lemmate extat ante quinque exempla!* mulier quae *Grautoffius* 2 suum sibi: *de collocatione cf. coroll.* XXXIV suum amicum *Acidalius* summam (sumam *Vat.* summa *B G H L?*) amicam *ω*, suum amatorem *CFWMueller prosod. Plaut.* 269 diutinam *Vatic. De* diútinum *vocis mensura cf. Pacuv.* 181 3 seruiat cupidines *Vatic.*, *Acidalius* serui ad cupidines *φ* seruiat cupidini *Junius*

II

Quia nón minus res hóminem quam scutús tegit.

Nonius 226, 12 'scutum generis neutri. Masculini Turpilius Demiurgo: quia' e. q. s.

hominum *W*

III

. . quia enim odio ac sénio mi haec sunt núptiae.

Nonius 2, 32 'senium est taedium et odium . . . . .'

morbo *ante* odio *suppl. Onions* mihi ω haec sunt (*ut* c *erasa sit*) *Ba, om. W* hae sunt φ haece sunt nunc *x*

IV

Múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognouít sui.

Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . .'

meletrix *W*

V

Modo fórte

* * *

Ita mé destituit núdum

Cicero ad fam. IX 22 'non modo in comoediis res ipsa narratur, ut ille in Demiurgo: modo forte, nosti canticum; meministi Roscium — ita me destituit nudum, totus est sermo uerbis tectus, re inpudentior; sed etiam in tragoediis' e. q. s.

VI

Iudícia litis, túrbas tricas, cóntiones máxumas

Nonius 8, 25 'tricae sunt inpedimenta et implicationes ....'

trichas H^1L maximas BaL^1

VII

Apértae surae, brácchia autem prócera horrorém mihi
Ex córde exsuscitábant.

Nonius 236, 16 'apertum, nudatum.'

VIII

Neque naútae cum essent círcumuenti uéntis, incerto ítinere
Porti índigentes

Nonius 491, 18 'porti pro portus.'

1 cum *om. P* circum uentis (*om.* uenti) H^1P

EPICLERVS

Initium Menandreae fabulae cognominis hoc (fr. 164 K.): *ἆρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον. Ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται Λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον*, ita imitatus est Turpilius, ut servi Stephanionis persona inducta monologum mutaret in deverbium. Agitur autem in hac fabula hoc, ut orbam puellam, quam cognato nubere lex iubet, adulescens quidam ducere a parentibus cogatur. Nam eorum consilia continentur fr. IV et V, et cuius liberi memorantur fr. II Calliphonem puellae illius patrem fuisse suspicor.

I

ST. Quaeso édepol, quo ante lúcem te subitó rapis,
Ere, cum úno puero? PH. Néqueo esse intus, Stéphanio.
ST. Quid ita? Ph. 'Vt solent, me cúrae somno ségregant
Forásque noctis éxcitant siléntio.

Priscianus de metris com. p. 1326 P. 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia . . . idem in Epiclero: quaeso' e. q. s.

2 PH *quod in libris extat senis potius, e. c.* Philoxenus, *quam adulescentis nomen uidetur* 3 ST *addidi* a somno *Bue, sed cf. Accii v.* 511 4 fortisque *Par. A*

II

Ni Cálliphonis núnc te miseret líberum

Nonius 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . .'

ni *GP?* in φ callifonis ω miseret *Junius* miserae *HL* misere φ

III

Quam mátris nunc patrís me miseretúr magis.

Nonius 477, 14 'miseretur pro miseret.'

quam matris nunc patris *Aldina* quam (qua *H*) maris (matris H^1) tunc patris (ratris *Ba*) ω cum matris tum patris *Bothius* patris quam matris tum *Grautoffius. Pro illo librorum* tunc *olim* tui *vel* tuae *coniciebam* me *om.* $P^1 W^1$

IV

Quam légere te optimum ésset atque aequíssimum,
Quacum aétas degenda ét uiuendum essét tibi.

Nonius 332, 19 'legere etiam eligere dicitur . . .'

1 quin *ms. Fabri* quom *Gulielmius* te *om. ms. Fabri* esset *ms. Fabri* esse φ esse ait x 2 degenda et uiuendum esset *Canterus* uegenda et uibendum (iubendum *G H L* lubendum *B*) esse ω

V

. . . sperabám consilia nóstra diuidiaé tibi, 58/59
Cum aetás accesset, nón fore.

Nonius 96, 23 'diuidia est tedium . . . .'

Variis modis verborum ordinem mutaverunt

VI

Té quidem omniúm pater iam cópem causarúm facit.

Nonius 84, 21 'copi pro copioso . . .'

pater iam *Bothius* iam pater ω iam praetor *Bue* *An* té quidem optimarum iam pater *scribendum?* causarum *Bothius* causa rem ω casnarem copem *Onions*

VII

Set néqueo ferre hunc diútius ⟨sic uócif⟩erari et cónqueri,
Nec ésse suae parum óbsequellae . . . . . .

Nonius 215, 28 'obsequelam feminino . . . Turpilius etglero: set' e. q. s. (obsequentiam Neukirchius Epiclero Bentinus)

1 nequeo ferre *Canterus* neque offerre ω sic uociferari *scripsi* errari ω errare *Canterus* conuiciari *Bue* sic lamentari *vel* maerentem errare *vel* me sollicitare *conieceram* 2 parum] pretium *Onions* obsequellae H^2L^1 obsequelae φ obsequentiae *Neukirchius* *Sententiam sic circumscribimus: 'nec sui parum rationem haberi clamantem ferre possum'*

VIII

Patrócinantem ubi fáctum audierit saúcium

Nonius 398, 5 'saucii dicuntur proprie uulnerati, non mesti, sicuti uult consuetudo . . .'

patricinantem L^1 audierit *Stephanus* audiuerit ω saucium *Lipsius* (*cf. A. Koehler diss. Erlang.* I 452), *om.* GH^1 saucius φ

IX

At enim scies ea quaé fuisti néscius

Nonius 501, 17 'nominatiuus pro genetiuo.'

ad enim *Ba* L^1*: de accentu cf. coroll.* XXXIV nescius *Grautoffius* inscius ω, *quod qui seruare velit ei* iam scibis *scribendum*

X

Sét quis est qui ínterrumpít sermoném meum
'Obitu suo?

Nonius 357, 23 'obitus rursus aduentus . . .'

1 *Creticos discripsi quamvis minus elegantes* et quis est ω ecquis hic est *Bentleius ad Ter. hec. V* 4, 19 *septenario trochaico.* set quis hic est *Grautoffius* meum sermonem *idem* sét quis est qui ⟨hic⟩ i. meum sermonem o. s. *proposui*

XI

Séd uolo ut família nostra offícia fungatúr sua.

Nonius 497, 13 'accusatiuus positus pro ablatiuo ....'

sed uolo *HP*, *Bothius* sed uola φ sedulo *Gulielmius*

XII

Curréndum sic est, síc datur, nimium úbi sopori séruias
Potiús quam domino, et úbi seuero império quae imperáta sunt

Priscianus de metris p. 1326 P. 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia . . . idem in Epiclero [I] idem in eadem tetrametris utitur: currendo' e. q. s.

1 currendum sic est *Bothius* currendo sic est ω, *nisi quod* ee *Leid. V exhibet Conl. Plauti Pseud.* 155 *et Trucul.* 634 (*vide symb. ad part. Lat.* 31) *conicias* currendumst. sic, em sic datur *e. q. s.* 2 etsi *Bothius; sed non est finita sententia:* negleguntur *vel simile quid supplendum* imperati *Parr. AR Leid. V*

XIII

Vinón inuitat plúsculum sese, út solet?

Nonius 321, 21 'inuitare significat repleri . . .'

uinon *Bergkius* non *ω* numne inuitauit *scribere volebam conl. v.* 132 *et Plauti Amph.* 283

HETAERA

I

Ducít me secum: póstquam ad aedem uénimus,
Venerátur deos, intérea aspexit uírginem
Ibi stántem, in capite ostrínam indutam rículam.

Nonius 539, 23 'rica est, quod nos sudarium dicimus . . . Turpilius Veliterna: ducit' e. q. s. (Cf. Titin. Velit. I) Idem 549, 10 'ostrinam ad ostri colorem, qui est subrubeus. Turpilius Hetera: interea' e. q. s.

2 aspexi *Scaliger* 3 ibi stantem *scripsi* instantem *ω p.* 539 iniectam *ω p.* 549 *quod* inlectam *interpretatur Bue* gestantem *Ald.* iniecta *Bothius* adstantem *Carrio* intrantem *Grautoffius* in capite ostrinam indutam riculam *Carrio* in capite riculam indutam (induta *Ba p.* 549) ostrinam (onstrinam *ω p.* 539) *ω utroque loco* in capite indutam ostrinam riculam *olim edidi*

II

Erus stúpidus adstat: íta eius aspectús repens
Cor tórporauit hómini amore.

Nonius 182, 4 'torporauit pro torpefecit. Turpilius Heter: erus' e. q. s.

III

rús ad illas cónmigrat:
Habitámus hiemem tótam cum muliérculis.

Nonius 526, 1 'quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus . . . Turpilius Filopatro . . . idem Hetera: rus' e. q. s.

IV

Rhodiénsist, sed istuc cónmigrauit iám diu.

Nonius 127, 11 'iamdiu pro olim.'

Rhodiensist *Carrio* Rhodiensis est ω stuc L^1

V

Nam quíd illoc homine uíuit confidéntius?

Nonius 262, 13 'confidentia rursum temeritas, audacia ... Turpilius Leucadia ... idem Hetaera: nam' e. q. s. (sic Bothius. heteranam G^2H^2 in mg. heterrentius L heterentius G terentius ceteri libri)

quid, *ut scripsi*, $G^2 H^2$ *in mg.* qui in *G et del.* in *H* qui *LPW* illoc *scripsi ut Bergkius* illo ω

VI

Hortátur hominem, quám primum ⟨ut⟩ proficísceret.

Nonius 470, 34 'profisceret pro proficisceretur. Turpilius Hethera: hortatur' e. q. s. (ethera Ba)

ut *Bothius, om.* ω (*cf. O. Brugman p.* 32) ut quam primum *Pal.* proficeret *Ba*

VII

hic uílicor ante úrbem,

Nunc rús eo.

Nonius 186, 8 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse ... Turpilius Paraterusa ... idem Hetera: hic' e. q. s. (ethera H etera W)

1 hic *W* huic φ illic ante urbem uillicor, nunc *Bothius*

VIII

Simuláuit me a se amári quaesti grátia

Nonius 483, 26 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus ... Turpilius Demiurgo ... idem Aethera: simulari' e. q. s. (Hetaera ed. 1526)

simulauit me a se *Junius* simulari me a se ω simulat me a sese *Carrio* simulauit ea se *Grautoffius*

IX

. . . . . meres, mérito ut diligáre

Nonius 468, 19 'meret pro meretur . . . Turpilius Filopatro . . . idem Hetera: meret' e. q. s.

meres *Junius* (*pyrrichice metiendum*) meret *ω* mere *vel* mereto *praeplacet Buechelero* *Sermonis exemplum praebet Terentius hec.* 580 *Nolui* meres, Merito *dirumpere versu ut olim feceram*

X

Haec si ínpetro abs te ut facias, ⟨sat⟩ satis frúcti cepero éx te.

Nonius 491, 7 'fructi uel fructuis pro fructus. Turpilius Caneforo . . . idem Hethera: haec' e. q. s. (aethera Ba)

facias *Rothius* faciet *W* faciat *φ* factites *Bue* haec si abs te ut faciat impetro *Havet*

XI

Satine út ⟨se⟩ meúm cor uolúptatibús dat?
Inmórtalitús se optulít mi haec facúltas.

Nonius 514, 27 'inmortalitus.'

1 se *Grautoffius*, *om. ω* 2 mi *Bothius* mihi *ω*

LEMNIAE

Cf. *Λημνία* Alexidis, *Λημνίαι* Antiphanis Diphili Nicocharis. Ita pro vulgato 'Lemnii' titulo inscripsit fabulam Grautoffius. Quoniam de 'redimendo' exule filio agitur, fortasse lembi, quorum fr. V mentio fit, item ut in Plauti Bacchidibus 280 sqq., piratici intellegendi sunt, qui rapuerunt Phaedriam. Fr. VI vel meretricis vel parasiti fuisse videtur.

I

Proptér peccatum paúsillum indigníssime
Patriá protelatum ésse saeuitiá patris.

Nonius 363, 14 'protelare etiam excludere. Turpilius Lemnis: propter' e. q. s. (lenis BG)

1 pausillum *B* pausillulum *ψ*

II

Habés potestatem. — 'Vbi potestatém? — Senis
Pretió contendas út redempto Phaédria
Liceát redire antíquam in consuetúdinem.

Nonius 259, 28 'contendere iterum significat extorquere .... Turpilius Lemonis: habet' e. q. s. (Lenonibus ms. Fabri. Lemniis Ald.)

1 habes *scripsi* habet ω ubi: *cf. Heinsius ad Ovidii her.* 4, 150 potestatem senis, *suprascr.* ubi potestatem, *H* 2 Phaedriae *Grautoffius* *De sententia cf. coroll.* XXXV

III

95 néque durare póssum:
Ita húius insciéntia ac deméntia extorrém facit.

Nonius 14, 30 'extorris dicitur extra terram uel extra terminos ... Turpilius Lemniis: neque' e. q. s.

1 possum *Scaliger* possunt ω 2 insolentia *Maehly* ac *Bothius* atque ω

IV

Rémulis sensím celox ab óppido procésserat.

Nonius 533, 5 'celox est nauigium breue, dictum a celeritudine ... Turpilius Lemnis: remulis' e. q. s.

remulis Sensim *Bothius, quod verius, si* tacitis remulis *vel tale quid, ut suspicabatur Kiesslingius, coniunxit poeta: septenarium dedit Grautoffius* *Possint etiam inter duos versus distribui:* celox Ab o. p.

V

Lémbi redeuntés domum duae ad nóstram adcelerarúnt ratem.

Nonius 534, 7 'lembus, nauicula breuis piscatoria ... Turpilius Leucadia ... idem Lemnis: lembi' e. q. s.

duae (due *W*) ω: *cf. Priscianus p.* 658 *P.* duo *Junius* ad nostram *Grautoffius* ad nos certam (ceram *P*) ω (*cf. coroll.* XXXV) certatim ad nostram *Bothius senarios dimensus*

VI

Numquam únius me cómparaui séruire elegántiam.

Nonius 256, 21 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt .... Turpilius in Lemniis: numquam' e. q. s.

numquam me unius *AM(ontisp.): cf. Ritschelius opusc. II* 693 eligantiam *A M cf. v.* 39 elegantiae (*vel* elig.) *φ*

LEVCADIA

Λευκαδία Menandri. Hanc fabulam enarravi in annall. philoll. LXIX 34 sqq. orsus a Servii Dan. in Verg. Aen. III 279 loco hoc: 'Varro enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucas est, dicit: quamuis Menander et Turpilius comici a Phaone Lesbio id templum conditum dicant. qui cum esset nauicularius, solitus a Lesbo in continentem proximos quosque mercede transuehere, Venerem mutatam in anuis formam gratis transuexit: quapropter ab ea donatus unguenti alabastro cum se inde totum ungueret, feminas in sui amorem trahebat, in quis fuit una, quae de monte Leucate, cum potiri eius nequiret, abiecisse se dicitur: unde nunc auctorare se quotannis solent qui de eo monte iaciantur in pelagus.' (Leucas est scripsi, ut postea Hagenus leucasem Bern. anuis scripsi nauis Bern. anus Masvicius inde totum vel inde corpus et uultum conieci in dies inditum Bern. inlitum vid. in inditum latere.) Cf. praeterea Lucianus dial. mort. 9, 2 *μῶν καὶ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην ἐκ Χίου διεπόρθμευσας, εἶτά σοι εὐξαμένῳ ἔδωκε νέον εἶναι καὶ καλὸν ἐξ ὑπαρχῆς καὶ ἀξιέραστον*; et Aelianus v. h. XII 18. Finxit autem Turpilius adulescentem ab amata, quae navicularium deperit, desertum, Phaonem vero, quem olim omnes fugerant, iam ipsum fastidientem et puellae illius amores spernentem. Quae vel desperans vel iussa ab eo in mare se proicit, unde ab adulescente fortasse servata ad antiquam consuetudinem redit. Iam restat ut personis suis distribuantur reliquiae: adulescentis I, cum alio sermocinantis II III IV V (cf. Enn. Thyest. VIII) VII, amicam fortasse frustra mulcentis VI, puellae (Dorcii puta conl. XVI) de Phaone VIII, confabulantis cum eodem IX X, deinde propter litus, priusquam undis se committeret, oberrantis XI, adulescentis et amici XII XIII, eius qui luctantem expiscatus erat XIV, puellae frigore laborantis XV, adulescentis in gratiam cum amica redeuntis XVI. Denique nuptiae parantur fr. XVII

I

Quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet: 100
Ille ínsolens autem út fastidit cárnifex!

Nonius 322, 21 'insolens rursum non solens . . . Turpilius Demetrio . . . idem Leucadia: quem' e. q. s.

2 fastidit *Junius* fastidia *ω*

II

Víden tu Phrugis incéssum? quam est confídens! di istunc pérduint.

Nonius 262, 13 'confidentia rursum temeritas, audacia . . . Turpilius Leucadia: uidentur' e. q. s.

Iambicum septenarium olim dederam, nunc CFWMuellerum secutus trochaicum notavi. uiden tu Frygis *Lipsius, qui* Frygis *recte genetivum esse voluit.* uidentur (uidetur $G H^1$) frigus *ω*

III

. . . . . uíden ut fastidít mei?

Nonius 496, 18 'genetiuus casus positus pro accusatiuo . . . .'

uiden ut *Fr. Dousa* uide nunc *ω*

IV

Ei périi! uiden ut ósculatur cáriem? num hilum illa haéc pudet?

Nonius 21, 25 'caries est uetustas uel putrilago . . .'

perii *Gulielmius* peri *ω* num] non, *suprascr.* ũ, *H* num illum illa haec pudet *W* num illum illaec pudet *φ*, *probavit Bue mus. Rhen.* 18, 392 num illum illaec? pudet *Lachmannus ad Lucil.* 236 num hilum illaec pudet *x mus. Rhen.* 23, 697, *fort. recte*

V

105 . . . . . sed quam lónge est? eccum isti ílico.

Nonius 325, 3 'ilico, illo. Turpilius Leucadia: sed . . . cum isti. Ilico, in eo loco.'

Nescio an post est *persona mutanda sit* eccum isti ilico *scripsi* cum isti (est L^1) *ω* (*v. supra*) istim ilico *Bothius* isti ilico *Grautoffius cf. coroll.* XXXVI

VI

. . . . . ne me áttigas! apage aúfer
Manum. — Heía quam ferócula est!

Nonius 75, 30 'attigat, continget.'

1 ne me] nonne *W* attigas *Junius* attigat FH^1L^2 atiga L^1 attiga φ apage *conieci coroll.* XXXVI atque ω *Personas distinxit Bothius* *Fortasse* feroculust *verum fuit Senarii tales* ne me áttigas. ‖ Atqui aúfero manum. heía quam ferócula es *Buechelero placent*

VII

. . . . arrípuit colubram mórdicus.

Nonius 201, 25 'colubra feminini . . .' (Turpidius m. 1 F H L)

VIII

Intércapedine ínterficior, désiderio dífferor:
Tu es míhi cupiditas, suáuitudo et méi animi expectátio. 110

Nonius 173, 5 'suauitudo pro suauitas . . .'

2 tu es mihi *scripsi* tua mihi ω tu mea *Grautoffius* tuo mi (*pro* mea) *Bergkius opusc.* I 395 *continuata post v.* 109 *oratione*

IX

Iam égo istam tibi tristítiam exorbebo . . . . . .

Nonius 102, 32 'exorbebo pro exorbeam. Plautus . . . exorbebo sanguinem. (exsugebo codd. et Non. p. 479, 20) Turpilius Leucadia: iam' e. q. s.

X

Véritus sum, ne amóris causa cum ílla limassés caput.

Nonius 334, 11 'limare etiam dicitur coniungere . . . . .'

uerita *conieci* limasses *ed. a.* 1476: *cf. coroll.* XXXVII limasset *Bern.* *ABM* limassit GH^1 limassis (massis *W*) φ

XI

míseram terrent me ómnia:
Maris scópuli, sonitus, sólitudo, sánctitudo Apóllonis.

Nonius 174, 2 'sanctitudo pro sanctitas . . . .'

1 me miseram terrent *Grautoffius, fort. recte* 2 scopoli F^1 apollonis HL^1 apollinis φ

XII

115 . . . . . sí quidem sit quisquám deus,
Cuii égo sim curae
* * *
Heu me ínfelicem! — Sánusne es, qui témere lamentáre?
* * *
Te, Apóllo sancte, fér opem, teque, omnípotens Neptune, ínuoco,
Vosque ádeo, uenti! 5
120 . . . . . nam quíd ego te appellém, Venus?

Cicero Tusc. disp. IV 34, 72 'sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est: si quidem . . . curae. At id erat deis omnibus curandum, quem admodum hic frueretur uoluptate amatoria. Heu me infelicem! Nihil uerius. Probe et ille: sanusne . . . lamentare? Hic insanus uidetur etiam suis. At quas tragoedias efficit! te Apollo . . . uenti! Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat, Venerem unam excludit ut iniquam: nam quid . . . Venus? Eam prae lubidine negat curare quicquam. Quasi uero ipse non propter lubidinem tanta flagitia et faciat et dicat.'

1 quidemst *Vsenerus* 2 cuii *scripsi: cf. Caecilius v.* 261 cui ω, *quo servato trochaeos olim notabam* 4 te] et *Reg. Gud. Brux.* tequea *Reg. Gud. Brux. m.* 1 teque o *idem m.* 2 amnipotens *Woelfflinus per epist.* *Post* 6 *talia fere ex Ciceronis verbis elicias:* quae praéter te nil quícquam omnino cúras prae libídine

XIII

121
122 . . . . tumúltu uecordí uagas

Nonius 467, 27 'uagas pro uagaris . . . Accius Bacchis . . . percitatae tumultu. uecordi uagas insania. Turpilius Leucadia: uultu uecordi uagas insania.' Cf. ad Acci v. 236 adnotata.

tumultu: *v. supra* uultu *olim servabam*

XIV

. . hortari coépi nostros ílico,
Vt célerent lembum.

Nonius 534, 4 'lembus, nauicula breuis piscatoria . . .'

1 coepi nostros *Bothius* nostros coepi *ω* 2 ceperent A^1 celarent *P* cederent *χ* hortári nostros ilico coepi, ut celerarent (*vel* accelerarent) l. *x*

XV

⟨'O⟩ utinam nunc ápud ignem aliquem mágnum ad-
. . . sidam! . . . 125

Nonius 522, 26 'cum apud iuxta significet . . .'

XVI

'Ante facta ignósco: mitte trístitatem, Dórcium.

Nonius 182, 1 'tristitas' (tristitias libri, correxit Scaliger) 'pro tristitia Pacuuius Atalanta [XI] Turpilius Leucadia: ante facta' e. q. s.

ignosco, mitte *Grautoffius* igne committo *ω* igni committo *Bothius* tristitatem *Guietus* tristitia (tristia *H*) an te *ω* tristitiam hance *Grautoffius* dortium *L*

XVII

Etiam ámplius illam ápparare cóndecet,
Quandó quidem uoti cóndemnata est . . .

Nonius 277, 8 'damnare et condemnare pro liberare positum est . . . .'

1 etiam amplius *scripsi* (*cf. Pompon.* 54 *coroll.* XXXVII) etiam plus *Palat.*, *quibus olim ad supplendum versus initium* immo *praemiseram.* et amplius *φ* et iam plus illanc *Bue* apparere *ω praeter Palat.* 2 *An* quando equidem *ut* 158? (*cf. de part. lat. p.* 41)

XVIII

hoc quaero, ignóscere
Istíc solentne eás minoris nóxias, 130
Erúm si forte, quási alias, uiní tago?

Nonius 408, 29 'tangere etiam circumuenire. Turpilius Demetrio . . . idem Leucadia: hoc quaero' e. q. s.

2 †istic ista *Ba* eas] as *ω* has *Mercerus* meas *coni. Kiesslingius* 3 quasi alias (alas *P*) res *ω*: res *ut glossema eieci, sed poeta fortasse nil aliud quam* galeola *scripserat.* quas galiolas *Cuiacius* qua amphora *Bue mus. Rhen.* 29, 198 qua fiala *Quicherat* cum agitat (agit *Ed. Becker*) alias res *Grautoffius* quasi alias, *sc. non nunc, ludibunde* tago *Cuiacius* cauo *ω*

XIX

. ínuitauit plúsculum hic se in prándio.

Nonius 321, 22 'inuitare significat repleri . . . Turpilius Epiclero . . . idem Leucadia: inuitauit' e. q. s.

Fort. an *praemittendum* inuitauit uiri (uir *P*) *BGH*[1] *P. Num* inuitauit uini *primo septenarii pede deficiente?* inuitauit heri *Rothius, quae ut versui accommodarentur, transponenda erant.* uino inuitauit *Bergkius opusc.* I 388, *tamen ut* uini *non plane repudiaret.* inuitauere *x* hic (*quod pro nom. plur. haberi iubet x*) . . prandio *om. B* sese *ω* hic inuitauit plusculum se *Bothius: transponi etiam sic* sese inu. pl. hic in prandio *poterat*

LINDIA

Ad primam scaenam pertinere videntur I. II. IV, lenonem audio in V. VI, patrem VIII. IX, adulescentem VII, servum X.

I

abhinc triénnium
Sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
Lenó.

Nonius 397, 30 'sacrum etiam scelestum et detestabile, ita et consecratum . . . Turpilius Demetrio . . . idem India: abhinc' e. q. s.

2 sacerrumus *Bothius, fort. recte* hoc, *i. e.* huc (*cf. Servius Aen. VIII* 423) *ω* huc *Turnebus*

II

Consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
Nostrúm, processe nóbis ex senténtia
Mercáturam.

Nonius 212, 35 'mercatura feminini . . . .'

1 cepi *edd.* coepi *ω* 2 nostram *Grautoffius* processe *Gifanius* prodesse (prodeesse L^1) *ω* nebis F^1 *L*

III

Nauta

Di s⟨éro⟩ adueniéntem perdánt: hic quidém
Nos pérdit. festum ésse hice quártum diém
Hodie íterant: ita conuéntum.

Priscianus de metris com. GGL III 426 K. 'Terentius trochaico mixto uel confuso cum iambico utitur . . . ut in Andria: adhúc, Archylís, quae adsolént quaeque opórtet' e. q. s. 'Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est . . . . Turpilius in Lindia nautae personam inducit hoc metro loquentem: di' e. q. s.

1—3 *baccheos cum clausula iambica constitui, quales in ceteris exemplis a Prisciano laudatis leguntur.* 1 di sero *scripsi* diis *Regin. Parr. AR Leid. V* dis *Vrbinas* dii *vulgo* aduentantem *fortasse melius* hic *edd.* hi *Regin. Parr. AR Leid. V* si *Keilius* 2 perdidit *edd.* esse] *an* ecce? hice (*an* hunce?) quartum diem *scripsi* diem hic quartum *ω* 4 ita *om. Regin.* *Anapaesti* di aduénientem p. h. q. Nos pérdidit. hic festum ésse diem Quartum hódie iterant: ita cónuentumst *Grautoffio aliquando placuerant: ipse olim in eisdem numeris, qui facile in aures cadunt, elaboravi.*

IV

Profécto ut quisque mínimo contentús fuit,
Ita fórtunatam uítam uixit máxime,
Vt philósophi aiunt ísti, quibus quiduís sat est.

Priscianus l. l. 425 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis', (scil. in prologis et primis scaenis trimetris utitur iambicis) 'ut in Lindia: profecto' e. q. s.

V

Compérce uerbis uélitare: ad rém redi.

Nonius 3, 10 'uelitatio dicitur leuis contentio, dicta ex congressione uelitum . . . .'

comparce FH^1 dedi *Ba*

VI

Me uís potiri: fác ego potiar quód uolo.

Nonius 482, 5 'sic potior illam rem pro illa re potior — — — Turpilius Lindia: me' e. q. s.

meam *Dziatzko mus. Rhen.* 31, 379 potiar *edd.* potior *ω* quodquod H^1

VII

Miseró mihi mitigábat sandalió caput.

Nonius 343, 15 'mitis est maturus ... Turpilius India: misero' e. q. s. (Lindia Nic. Loënsis I 9) cf. Ter. eun. 1028.

mitigauit *Palat.*

VIII

Quin móneam, quin clamem ét querar tua uítia, quae te uílitant.

Nonius 185, 30 'uilitant, uilem faciunt.'

IX

Quíbus rem rebus déspoliasti, foéde dum in lustrís lates.

Nonius 333, 14 'lustra etiam lupanaria dicuntur ...' (lympidia W^1 lymdia W^2)

rem *om. Palat.* senem *Aldina* rebus *om. B G* dispoliasti *G H L W* dispoliare *Palat. cf. coroll.* XXXVII *sq.* foede dum *Mercerus* dum *Palat.* fedum H^2 foedum *φ* lates *Gebhardus Antiq. lect. p.* 52 latet *ω*

X

ego ínterim in turbá foras
Subdúxi cum hac me, néque sat numero míhi uidebar cúrrere.

Nonius 352, 21 'numero significat cito ... Turpilius Demetrio ... idem Lyndia: ego' e. q. s. Idem 399, 19 'subducere est surripere. Turpilius Lyndia: ego ... cum hac me.'

2 neque sat *B G H* neques ad *φ* uidebar *ed. Bas.* uidebat *ω*

PAEDIVM

Cf. *Παιδίον* Menandri Apollodori Posidippi. Inducebantur adulescentes duo, quorum alter longo itinere (advenientem parasitus salutat fr. I) reversus puellam optimam (IV. V) olim a se amatam (VI. VII), quacum iam nuptiae ei constitutae fuerant, fastidit (IX. X), alter meretrici cuidam mancipatus est (VIII. IX). Crudelitas illius fr. XI, puellae autem mansuetudo et sibi diffidens modestia fr. V tangitur. Fr. IX consilium memoratur rei ita componendae, ut meretricis amicus alterius vice puellam repudiatam ducat in matrimonium.

I

Cuius áduentu insula hódie clarét Cypros.

Nonius 85, 21 'claret, clara est' ('sit' x) 'uel clareat.'

hodie ω: *mensuram defendi coroll.* XXXVIII hocedie *Bergkius opusc.* I 112 da claret *x* conclaret *proposueram*

II

Ego praéstolabo illi óscitans ante óstium?

Nonius 475, 30 'prestolat pro prestolatur.'

illi oscitans ante ostium *Bothius (interrogandi signum addidi)* lico cicant optitū Ba^1 illi ut citanti opi sim *ms. Fabri* illi eo citante opitium (opicium $H^1 P$) φ

III

. . . . . progrediór foras
Visére quid hic tumúlti

Nonius 489, 30 'tumulti . . .'

1 praegredior L^1 2 hic *Bothius* hi L^1 hinc HW in $Ba\ L^2 P$ tumulti ante fores ω, *nisi quod* an *pro* ante *W: eieci glossema*

IV

iam désine 155
Meminísse illius fórmam.

Nonius 500, 6 'accusatiuus pro genetiuo . . . .'

1 *sq. trochaeos statuit Grautoffius: cf. Ritschelius opusc. II* 688

V

Neque mírum: educta, ut pár est, expars málitiis, metuéns sui

Nonius 500, 22 'ablatiuus pro genetiuo ...' Idem 501, 5 'genetiuus pro datiuo ...'

uirum *ω p.* 500 expars *Ba H*¹ *L p.* 501 expers *H*² *W p.* 501 expartem *Ba L*¹ *W p.* 500 expertem *H L*² *P p.* 500 miliciis *Ba p.* 501 alicuius *ω p.* 500 metuens sui *om. ω p.* 500 metuens uiri *Mercerus*

VI

Quando équidem amorem intércapedine ípse leniuít dies.

Nonius 522, 4 'diem uolunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus. Turpilius Pedio: quando ... dies; id est, ipsum tempus.'

equidem *H*² *W* (*vide de particulis latinis p.* 41) et quidem *Ba H*¹ *L P* quidem *Fruterius* lenibit *Gebhardus*

VII

Tamen óculi ex longa intércapedine ádpetunt cupide íntui.

Nonius 470, 29 'intui et contui pro intueri.'

oculi ex *scripsi* oculis *ω*, *quod pro nom. pluralis forma haberi posse monui.* oculi *Gulielmius* cupida *L*¹

VIII

160 quaéso omitte ac désere hanc
Meretrícem, quae te sémel ut nacta est, sémper studuit pérdere
Detégere despoliáre opplereque ádeo fama ac flágitis.

Nonius 305, 33 'fama est rursus infamia ....'

1 ac desere *Vrbin.*, *Acidalius* hac deserite *φ* 2 te semel ut nacta est *Bothius* te semel inacta (nacta *H*) est *ω* semel te nacta *Acidalius* 3 deterere *Bothius* fame *G*¹ *L*¹ flagitis *Bothius* flagitiis *ω* famae ac flagiti *C F W Mueller: cf. coroll.* XXXIX, *Leo Pl. F.* 327

IX

Vt ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis.

Nonius 40, 7 'supersedere, manere, perseuerare, quasi in uoluntate et consilio sidere. Turpilius Pedio: ut' e. q. s. 'Plautus Epidico: supersede istis rebus iam . . . Sisenna . . . proloqui supersederunt.' Vana docere Nonium monuit Grautoffius.

hac] ac *H*

X

Núptias abiéci, amicos útor primoris uiros.

Nonius 497, 15 'accusatiuus positus pro ablatiuo . . . Turpilius Epiclero . . . idem Pedio: nuptias' e. q. s.

primoris] *cf. Lachmannus in Lucr.* 57

XI

Quare ésse dicat quísquam illum hominem aut quíd-
quam facere humánitus. 165

Nonius 514, 15 'humaniter.' (immo humanitus, ut ed. princ.) 'Turpilius Pedio: quare' e. q. s. 'Cassius Hemina . . . humanitus' ('humanit' Bamb.) 'aguntur. Afranius . . . ferre humana humanitus.'

dicas L^1 dica *P* humanitus *Ba* humaniter φ

XII

. . . . . age tu hymenaeum íncrepa!

Nonius 255, 23 'crepare iterum incantare.'

tu *om.* *BG* H^1 *P* increpe H^1

PARATERVSA

Speculatricem audire videmur fr. IV et V.

I

Cum antehác uidebam stáre tristis, túrbido
Vultú, subductis cúm superciliís senes

Nonius 399, 28 'subducere etiam susum ducere, leuare.' (paratelusa Gen. Harl.[1] Leid.[1])

II

Meritíssimo te mágni facio.

Nonius 139, 17 'meritissimo.'

merettissimo *Leid.* 116 magni ficio FH^1L

III

Ego nóndum etiam hice uílicabar, Phaédria.

Nonius 186, 4 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse . . . .'

hice *x et Bergkius* huic EFH^1L hic H^2W nondum hic etiam *Bothius* étiam nondum *Grautoffius*

IV

Eho díc mihi, an oblita, óbsecro, es eius crébras mansiónes

Ad amícam, sumpti lárgitatem?

Nonius 132, 15 'largitas pro largitione. Turpilius Parateruse: o dic' e. q. s.

1 eho *Junius* o *post* Parateruse *ω*

V

Dum égo conixi sómno, hic sibi prospéxit uigilans uírginem.

Priscianus p. 866 P. 'coniueo, quod etiam coniuo secundum tertiam protulerunt ueteres, praeteritum tam in ui quam in xi habuit . . . Turpilius uero in Paraterusa: dum' e. q. s.

VI

Cáput offendi ad límen edepol . . . . . .

Nonius 358, 23 'offendere est percutere.'

caput ut H^2LW ad limen edepol *scripsi* adimere pol *ω* ad limen pol *Pius*

PHILOPATOR

Cf. *Φιλοπάτωρ* Antiphanis et Posidippi. Obsequentem parentum imperiis audis fr. IV. Praeterea puellae gravidae (III), quae fortunas suas cum matre lamentatur (II), et meretricis

procacis (VI) et adulescentis luxuriosi (VII) personae internoscuntur. Epistula amissa et ab alio clam sublata (XII. XIII) facile fieri potuit ut magni in res vel intricandas vel expediendas momenti esset.

I

miserúm puto,

Si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali.

Nonius 1, 25 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt . . . Turpilius Filopatro: miserum' e. q. s. (Filopatro libri ubique, ut olim persuaserim mihi hybridam Philopater formam a poeta admissam fuisse)

II

. . . . geme meás fortunas, máter. — Hem!
Qua caúsa huc opere máxumo conténditur?

Nonius 260, 8 'contendit proripuit uel direxit significat...'

1 geme meas *Mercerus* gemmeas ω *Personas distinxi*

III

Dispérii misera: ⟨ut⟩ úterum cruciatúr mihi!

Nonius 229, 32 'uterus . . . neutro . . .'

disperii *edd.* diisperi ω ut *Grautoffius, om.* ω

IV

Certum ác deliberátum est me illis óbsequi.

Nonius 282, 10 'deliberatum, complacitum uel definitum.' Idem 429, 21 'cogitare est dubitare, deliberare confirmare. Turpilius Boethuntibus: quaeso cogita ac delibera. idem Filopatro: certum ac' e. q. s. ('delibera . . . certum ac' om. Bamb.)

V

Locus ípse inuitat hércle hic Veneris . . .

Nonius 321, 14 'inuitari est delectari . . . Turpilius Thrasyleone . . . idem Filopatro: locus' e. q. s.

locus *BL* lucus φ

VI

Ecce aútem, mihi uidére tuo more, út soles,

Aegre íd pati, quia hós dies conplúsculos
Intércapedo súmpti faciundí fuit.

Nonius 484, 27 'sumpti pro sumptus . . .' Idem 525, 31 'quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint . . .'

1 mihi uidere tuo more ut soles *Bothius* tuo (tuu *p.* 484) more ut (uti *p.* 484) soles uidere mihi *ω*, *quae mutato* mihi *in* mi *seruanda esse censet Bue eademque edidit Quicherat: cf. coroll.* XXXIX ut soles, aegre id pati Videre mihi *x* 2 id *om. ω p.* 525 hoc *ω p.* 484 cŭplusculos *Ba p.* 484 3 faciendi *Ba p.* 484

VII

185 forte eó die
Meretrícis ad me délenificae ut 'Atticae conuénerant
Condíxerantque cénam apud me, Tháis atque Erótium,
Antíphila, ⟨Lais,⟩ Pýthias: ego éxtra cubui dóminia.

Nonius 281, 26 'dominus rursum appellatur conuiuii exhibitor, unde et dominia conuiuia . . .'

2 meretricis *nominativi plur. formam mutare nolui* delenificae *Junius* delenitate *ω*, *nisi quod* delinitate *GH* delicatae *Bothius* ut Atticae *Grautoffius* Atticae ut *ω* definito ante Atticae *Bue* 2 *sq.* conuenerant condixerantque *Junius* conuenerat (cum u. H^2LW) quo (quod H^2L) dixerant quae *ω* 3 Tais *ω* 4 exira GH^1 dextra accubui *Lipsius* dominia *testatur Nonius* domina *ω*

VIII

. . . . . míra lenitúdine
190 Ac suáuitate abúndat.

uíderam ego te uírginem
Formónsam, sed spónso supérbam esse, fórma
Ferócem.

Nonius 305, 2 'ferox sum illa re dicitur ut illa re sum fretus uel arrogans. Titinius Fullonibus: uideram' e. q. s.

2 formonsam G^1L^1 formosam φ sed *scripsi* esse ω, *quod libenter tenerem* sponsa L^1 esse superbam ω, *transposui* *Temptata varia sunt, sed audaciora, cum a me tum ab aliis: baccheos agnovit Vsenerus, sed singula paulo aliter ut conformaret* (formosam | Esse spónso s., esse f. f.)

IV

Intérea fetida ánima nasum oppúgnat . . . .

Nonius 233, 4 'anima rursum alitus oris et odor . . . Titinius Fullonibus: interea' e. q. s. (titinius om. Bern. a b Tur.)

i. nasum oppugnat anima foetida *Bothius* i. oppugnat anima nasum foetida *A. Kochius, paulo melius*

V

Aspécta formam atque ós contemplató meum.

Nonius 470, 1 'contempla . . . Titinius Fullonibus: aspecta' e. q. s. (fulloni Ba H^1 L)

contemplato *Bothius* contemplo W^2 (templo W^1) contempla φ atque spontem pla P a. f. meam atque os contempla m. *Hermannus* specta meam f. *e. q. s. Havet*

VI

Da pénsam lanam: quí non reddet témperi
Putátam recte, fácito ut multetúr malo.

Nonius 369, 20 'putare, aptare. Titinius Fullonibus: da' e. q. s.

1 date pensam *Junius* adpensam *Madvicus* quae *Bergkius, praeter necessitatem* temperi *unice veram esse formam demonstravit Ritschelius* tempori ω 2 facito *Bothius* facite ω (*om.* W^1) miletur *B G H* mulcetur *anon. ap. Merc.*

VII

Quae intér decem annos néc quiuisti unám togam de-
texere.

Nonius 406, 17 'toga dicta est a tegendo, et est toga, sicut in consuetudine habetur, uestimentum, quo in foro amicimur . . . Titinius Fullonibus quae' e. q. s. Fortasse de Penelopa sermo est.

nec quiuisti *scripsi* (*cf. Acc.* 620) nequiuisti *Par. D* nequisti φ nesciisti *Bue* non quiuisti *Brugmanus* inter decem quae annos nequisti x *Senarios olim* quae intrá decem Annos nequisti togulam unam d. *effinxi: in altero v.* annos togam unam nequisti d. *Brock quaest. gramm.* (*Dorpat.* 1897) *p.* 152

VIII

Ni nós texamus, níl siet, fullónes, uobis quaésti.

Nonius 483, 17 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus: Titinius Fullonibus: ni' e. q. s.

nox C^1 nil siet ***Bue*** nihil est ω est nihil ***Bothius*** nil erit x questu ***Ba***

IX

Nec nóctu nec diú licet fullónibus quiéscant.

Nonius 98, 25 'diu pro die, unde et interdiu dicitur. Titinius Fullonibus: nec' e. q. s.

nocte G^1

X

Térra ⟨enim⟩ haec est, nón aqua, ubi tu sólitu's argutárier

Pédibus, cretam dúm compescis, uéstimenta quí laues.

Nonius 245, 30 'argutari, sussilire. Titinius Fullonia: terra' e. q. s. Pedibus in lacu, non verbis in sermone argutari didicisse fullo facete dicitur.

1 enim *supplevi* hercle *CFWMueller* istaec *olim dedi* non aqua $G H^1 P$ noua qua (quasi *Vrbin.*) φ non aqua quasi *Hermannus* non aqua, ubi tute *Ritschelius* argutarier *Scaliger senarios dimensus* argutari ω 2 condepsis *Schneiderus* qui laues *Lachmannus* que leuas ω qua lauas *Bothius*

XI

Sí quisquam hodie praéterhac postícum nostrum pépulerit,

Pátibulo hoc ei cáput diffringam.

Nonius 217, 20 'posticam feminino genere consuetudine appellamus . . . Titinius neutro in Veliterna dici probat . . . idem Fullonibus: si . . . pepulerit.' Idem 366, 16 'patibulum sera qua ostia obcluduntur, quod hac remota ualuae pateant. Titinius Fullonibus: si' e. q. s.

1 *sq. trochaeos discripsit CFWMueller* quisquam ψ *p.* 366 quis ω *p.* 217, *M* 366 et hodie $B G H L^2$ *p.* 366 hic hodie *Hermannus octonario iambico.* hocedie *Bergkius, fort. recte* praeterhac *Muellerus* praeter has ω *p.* 217 praeter hanc *p.* 366 2 et *G* diffringam *scripsi* (*cf. coroll.* LVI) defringam ω effringam x

XII

Perii hércle uero: Tíberi, nunc tecum óbsecro,

Vt míhi subuenias, né ego maialís fuam.

Nonius 111, 9 'fuam, sim uel fiam . . . Titinius Fullonia: peri' e. q. s.

1 perii *edd.* peri ω 2 ne] ut F^1L: *fort.* ni fuam *om.* FH quam L

XIII

. . formicae pól per similest rústicus. 34/5

Nonius 224, 23 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum. Titinius Fullonibus: formicae' e. q. s.

persimile est ω: *cf. ad Naevii v.* 60 rusticus homo ω, homo *del. Hermannus* (homo *initio vel huius vel sequentis senarii olim posui*)

XIV

supparum 35[1]

Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum, quod et s]ubucula ap[pellabatur. Titinius i]n Fullonia . . . . . omne quod . . . . . [sup]parum.' Itaque de auctoris nomine non constat, nec verba omne quod decerni potest utrum grammatici sint an poetae.

GEMINA

I

Euérrite aedis, ábstergete aráneas.

Nonius 192, 11 'araneae et feminini sunt generis.' Idem 420, 7 'uerrere, mundare. Titinius Gemine uerrite' e. q. s. (gemin GW) Erum vel erilem filium ex itinere rediisse nuntiat servolus.

uerrite FH^1 *p.* 192 euertite G^1 *p.* 192 abstergite ω *p.* 420

II

satis ésse libram aiébant
Ambóbus farris. — 'Intritae ⟨mea⟩ plús comest sola úxor.

Nonius 81, 13 'comest pro comedit . . .'

1 satis esse libram aiebant *scripsi* libram agebant (aiebant *Aldina*) satis esse ω 2 faris *W* fratris F^1L intritae EH^2 *P* intrite *W* intinritae F^1L in farris trite (farris *del. m.* 1) *H* *Cf. de* intrita *Donatus ad Ter. Phorm. II* 2, 4 comest *Vrbin., edd.* comes φ uxor *edd.* usor ω libram aiebant

Satis ésse ambobus intritae. — ⟨eho⟩ plus c. s. u. *olim dederam* líbram aiebant (aibant *x*) sat (satis *x*) esse a. f. triti: plus c. | sóla u. *x*, *Onions*

III

39/40 ⟨Nam⟩ pósquam factus ⟨és⟩ maritus, hánc domum
Abhórres, tuam etiam uxórem uideo paúciens.

Nonius 157, 16 'pauciens pro raro dici ueterum auctoritas docet.' Pauli Festus p. 220 M. 'pauciens dicebant pro raro. Titinius: uxorem p. u.'

1 *sq.* nam *et* es *suppl. Quicherat* posquam *Vrbin.* postquam *φ* hanc domum *Par.* 7577 hanc domo *φ* hac *vel* ab hac domo *olim dedi* p. maritus factus es, ab hac d. | Abh., tuam quoque etiam u. pauciens Videó *CFWMueller* 2 uideo pauciens *Neukirchius* paucies uideo *Nonius et Paulus*, *nisi quod* uidebo, *ut vid.*, *Pauli ψ*

IV

41[1] Tu fácis inique, quí uenire paúciens
Solés in urbem.

Nonius 157, 17 'pauciens . . . Titinius Gemina [III] idem in eadem: tu' e. q. s.

1 tu facis inique qui *scripsi.* tus(tis H^1)ac iniqui *ω* tu sat inique (*sic Junius*) *Rothius* tu facis Iníque *CFWMueller* inique accusas *Kochius* in urbem paucies uenire (inuenire W^1) soles *ω*, *transposui.* paucies soles uenire in urbem *Bothius. Septenarios* set tú sat inique, qui enim in urbem pauciens uenire Solés *olim discripseram. Traditum verborum ordinem aliquatenus servare sic possis:* tu facis inique: in urbem pauciens Solés uenire.

V

Sí rus cum scortó constituit íre, clauis ílico
Abstrúdi iubeo, rústicae togái ne sit cópia.

Nonius 406, 20 'toga dicta est a tegendo, et est toga . . . uestimentum . . . dicitur et tectum. Titinius Gemina: si . . . copia, id est tecti.' Defendit hanc interpretationem conl. tugurio al. Bue mus. Rhen. 39, 422: ego commodioris vestimenti usum marito ab uxore intercludi putabam.

1 situs *Ba* constituit *in iamb. sept. longa* u *metitur Solmsen stud.* 167 (*cf. Plauti Pseud.* 549) constituerit *Her-*

mannus, *Lachmannus in Lucr.* 277 (*iambis etiam* scortillo *sufficiat*) togai *Lachmannus* togae ω togae ei *edideram*, *sed cf. Leo Pl. F.* 327 copia *om. Ba* ábstrudi i. togae ne rusticae s. c. *Bue*

VI

Párasitos amóui, lenonum ⟨eum⟩ aédibus abstérrui, 45
Desuéui, ne quod ád cenam iret éxtra consiliúm meum.

Nonius 95, 1 'desueui illum pro desuefeci illum, id est, consuetudinem ei abstuli.'

1 nam parasitos *Lachmannus* parasitos ab eo *prop. CFW Mueller.* lenonum eum (*an* em?) *scripsi* lenonem ψ lenonest *Ba* leonem W^1 lenones *Ox.* lenonum *Lachmannus* absterrui ω eum absterrui *Lachmannus* deterrui *Bothius* proterrui *Hermannus. De longa in* aedibus *syllaba finali cf. corollarium trag. p.* XIV 2 ne *om. Ba* quod *EFH*^{1}*LMOP de quo dictum est in mus. Rhen.* 24, 485, *quamquam adversatur Bergkius symb. I* 75. quo φ quid *Aldina* irent *Vrbin.* 307 exiret F^1L *Trochaicum* désueui ne quo ad cenam iret *e. q. s. probat Maehly*

VII

⟨Cúr⟩ non exscrattís parasitum néc uestrum aspellís domo?

Nonius 495, 16 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . Titinius Veliterna . . . idem in Gemina: non exsecrat' e. q. s.

non] nomen *Hermannus* exscrattis, *h. e.* eicis *scripsi* (*cf. coroll.* LVII) exscratis *Ba Leid.* 116 execrastis *P* exsecratis φ exsecrat *Hermannus* uestrum *scripsi genetivum pluralem* uirum ω aspellis *scripsi* aspellit ω modo *Ba* nón pus exscreát parasitum néc uirum aspellít domo *Bue* uirum *intellegens venenum*

VIII

'Edepol hominis ⟨és⟩ ignaui fúnctus officium . . .

Nonius 497, 4 'accusatiuus positus pro ablatiuo.'

gnaui *Puteanus*, *unde* gnaui officium functus es *vel* functu's *conici posse dixi cor.* LVIII *An* officium functus?

IX

Nímium te patrócinari cénseo benígniter.

Nonius 510, 11 'benigniter pro benigne.' Priscianus 1010 P. 'seueriter pro seuere. Titinius in Prilia . . . idem blanditer, benigniter.' (Cf. XIV).

minimum *P* sentio *Mercerus*

X

Símul ut pueras hásce nocte súspirare créui . .

Priscianus p. 898 P. 'cerno creui . . . etiam cum pro uideo accipitur. Titinius in Gemina: simul . . . creui, pro uidi.'

hasce *scripsi* has ψ hac^{s} (s *m. alt.*) *Barb.* hac χ noctes *Ba* hás ego Súspirare *Hermannus* *Possis etiam* pueras Hac nócte *e. q. s.*

XI

. . . . . at uéstrorum aliquis núntiet

Géminae, ut res suás procuret, ét facessat aédibus.

Nonius 306, 29 'facessere significat recedere . . . Titinius Gemine: ad aliquis' e. q. s.

1 at *L? teste Onions, vulgo* ad φ: *an* agite? uestrorum aliquis *scripsi* aliquis (aliqꝫ *Ba*) uestrorum ω 2 *secundum Hermannum dedi* gemine (-ae) ut reo (*supra* o *erasa* s *H*) suas procuret aedibus facessat ω Geminae, res ut suas procuret, aedibus facessat *Bothius* at áliquis uestrum n. ut res s. p. | aedíbu' f., *del.* Geminae, *x*

XII

Longús sermo habétur, reuórtetur spíssa.

Nonius 392, 15 'spissum significat tarde . . .'

Baccheos agnovit Neukirchius

XIII

Múlier credo aduórsum illum res suás conqueritur . . .

Nonius 232, 20 'aduorsum rursum apud significat.'

Numeros perspexit Hermannus aduorsus *x* illam H^1

XIV

. . ergo ut sua séruet dona, nóbis faciundum ést ita,

Vt cúm ea primum blánditer ⟨nos⟩ cómparemus cón-
loqui.

Nonius 256, 14 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt .... Titinius Gemina: ergo'. e. q. s. Idem 510, 6 'blanditer pro blande. Titinius Gemina [57].' Cf. Priscianus p. 1010 P. (ad fr. IX laudatus).

1 *inserto* salua *post* sua *expleatur octonarius* ergo *om.* W^1 seruet *Vrbin.* 307 seruat φ 2 ut cum ea ω *p.* 256, *Ba. p.* 510 ut cum da ψ *p.* 510 uerecunda *Palat. p.* 510 iucunda *ed.* 1526 blanditer primum ω *p.* 510 comparamus ω *p.* 510 colloquia (conl.) ω *p.* 256, *Palat. p.* 510

XV

Sín forma odio ⟨núnc⟩ sum, tandem ut móribus pla-
ceám uiro.

Nonius 406, 1 'tandem significat et tamen.'

sin forma *Lipsius* sinfonia H^2 si infonia *L* siunfonia, *corr.* symfonia, *W* sin (in *P*) foma φ si ínformis odió sum *Bue* *Versum etiam transponendo* sin odio sum forma *expleas: ceterum cf. coroll.* LVIII

XVI

Eu ecástor, si sitís moratae ambae íbus pro ut ego
móribus.

Nonius 486, 15 'ibus pro his Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat. Titinius Gemina: eu aecastor' e. q. s. 'Plautus ... ibus denumerem stipendium.' (gemineaecastor Ba) Haec a viro pronuntiari non potuisse docet Varro apud Gellium XI 6.

eu aecastor ψ aecastor (*v. supra*) *Ba cf. Muellerus prosod. Plaut.* 723. sitis moratae *nunc scripsi.* moratae sitis (scitis *P*) ω ibu' pro ut ego moribus *Lachmannus in Lucr.* 262, *tamen ut* ibus *pro pyrrichio dimetiretur* (prout *iam Hermannus*), *in quo merito ei adversatus est Spengelius ad Plauti Truc. I* 2, 14 ibus ut ego pro maioribus (mäoribus *L* mauribus *Ba*) ω

HORTENSIVS

ín foro aut in cúria 60
Pósita potius quám rure apud te in claúsa .....

Charisius p. 115 P. 'rure Terentius itaque . . . et Varro . . . quem Plinius ad eundem undecimo rure ordinatum arbustum dixisse laudat. Sed et Terentium . . . sed et Titinium in Hortensio: in foro' e. q. s.

2 in clausa *cod.* (*cf. Leo arch. lexicogr. lat.* X 438) inclusa *ed. pr.*

Insvbra, quam olim Mommseno auctore Vlubranam perhibueram, extrema in fabularum ordine relicta est, ne versuum numerus turbaretur.

IVRISPERITA

I

Numquámne mihi licébit hodie dícere?

Schol. Veron. in Verg. Aen. II 670 'numquam omnes hodie. Sic in Bucolicis . . . Plautus in Colace. Titinius in Iurisperita: numquamne' e. q. s.

II

Nunc ádeo uisam: rém magnam aibat uélle se mecúm loqui,
Et cómmode eccum exít.

Charisius p. 177 P. 'commode.'

1 adeo] *cf. Plauti Merc.* 329 rem magnam aiebat uelle sese *cod.*, *correxi.* rem magnam aiebat sese, *om.* uelle, *ed. pr.* uelle rem magnam aibat se *Hermannus Putschium secutus* 2 set *Jos. Bach in Studemundi stud.* II 414 commodo et cum *ed. pr.*

PRIVIGNA

Nam quíd ego feci téd aduorsum aut meúm patrem,
Quem paúperetis ámbo uestris súmptibus?

Nonius 157, 8 'pauperauit, id est pauperem fecit . . . .' (Priuia L^1 Priuigia H^1 Priuigna φ Prilia x)

1 ted *Rothius* et H^1 tet φ te *Junius* meum patrem *scripsi* (*item Luchs in Studemundi stud.* I 68) patrem meum ω: *an* tuum p. ? te aduersum aut patruom meum *Bue*

PRILIA*

Neukirchii, qui ex Horatio epist. I 13, 14 Pyrriae nomen ascivit, coniectura per se infirmissima est: nam nec de 'lanae

glomere', sed de 'pallio' dicitur fr. V, nec vinosa statim habenda est cui bibendum dari iubeatur (VI). Quo accedit quod ne sincerum quidem nomen 'Pyrriae' esse adfirmavit Lachmannus in Lucr. 408: quo auctore si aliam formam anquiras, versui quidem satis accommodatum sit Proclia ad 'Turpleiorum' et 'Marcleiorum' exemplar (cf. Ritschelius de sepulcro Furiorum Tusc. p. V) proxime accedens; sed Prilia nomen ad Hor. epist. p. 146 commendavi (notus est lacus Prilius in Etruria), Procilia quidem vel Proculeia v. 74 comprobatur.

I

seuériter

Hodié sermonem amíca mecum cóntulit.

Priscianus p. 1010 P. 'seueriter quoque pro seuere. Titinius in Proclia: seueriter' e. q. s. (proclia Bamb. plia Sang. pelia Grut. Carolir. prilia Halb. Reg. plia, m. 2 pilia Bong. plinia, corr. m. alt., Barb.) Nonius 510, 1 'seueriter pro seuere dici auctoritas ueterum iubet. Titinius Prilia: seueriter' e. q. s.

1 seuiter *Grut. Prisciani* 2 amita *Ba L*[1] *Nonii* meum, *sup.* i mec̄ *Sang. Prisciani* tulit *Grut. Prisciani*

II

Magis quaé ⟨se⟩ fama obléctarent, ni eam mále factis nobílitarent.

Nonius 352, 6 'unde et nobilitarent notificarent dictum est. Titinius Prilia: magis' e. q. s. (praelia G H[1] L proelia B)

Octonarius anapaesticus est. magisque *B G H*[1] fama oblectarent, ni *scripsi* fame obiectarent ne *ω* famae obtrectarent, ne *Bue*

III

Verum énim dotibus deléniti ultro etiam úxoribus ancíllantur. 70/2

Nonius 72, 1 'ancillantur pro seruiunt. Titinius Praelia: uerum' e. q. s. Idem 278, 13 'delenitus est mente alienatus .... Titinius Proelia: uerum' e. q. s.

Anapaestos agnovit CFWMuellerus prosod. Plaut. 105 delinito *F*[1]*L* delenitio *P p.* 72

IV

Rectíus mecastor † piculetae Póstumae
Lectum hódie stratum uídi scrattae múlieris.

Festus p. 333 M. 'scraptae dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres, ut ait Verrius, ab his, quae screa idem appellabant, id est quae quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilla: rectius' e. q. s.

1 *sq.* sectius *conieci sententiam inlustrans coroll. p.* LVIII Piculeiae (*indignari mulierem triclinium conviviumque parum lautum*) *Bue* o Proculeia *temptaveram* (*olim in senario* picto cum tapete). piculae tuae *Neukirchius* Piculete *Bergkius comparato* Pakalatui *Osco nomine. An* faeculentae? *vel* fetulentae? 2 scrattiae muli .... *cod., olim corr. et suppl. De* scraptae *forma vide Corssenum de pron.* I² 474

V

quam ego hodie extórrem
Hac dómo faciam, pilátricem pallae éuallauero púlchre.

Nonius 102, 2 'euallaro' ('euallare' et 'euallere' libri, corr. Mercerus. euallauero Quicherat) 'dictum excludam et quasi extra uallum mittam. Titinius Prilia: quam' e. q. s. (pilia H^1L^1 terentius in praelia Vrbin. 307)

1 *sq. anapaestos agnovit Bue* quam *Bothius* qua *ω* quia *Lipsius* extorram L^1 2 hac *Luebbertus de coni. perfecti et fut. exacti p.* 5 hanc *ω* pallae euallauero *Bue* palia evallauito (o *om.* F^1) *ω* pallii euallauero *Lipsius* palli iam euallaro *scripseram* (*cf. Brock quaest. gramm.* 138) pulchre euallauero *Bothius* qua égo hodie extorrem hanc domo actam pilatricem pallium 'Éuallaro pulcre *Hermannus*

VI

Dáte illi biber, irácunda haec est.

Charisius p. 99 P. 'biber, *τὸ πιεῖν*. C. Fannius annalium octauo: domina eius ubi ad uillam uenerat, iubebat biber dari. Cato quoque Originum * sed et Titinius in Prilia: date' e. q. s. (plia cod. prelia ed. pr.) Cf. Onom.: 'biber, *τὸ πιεῖν*.'

illi] ilico *Bergkius* *Fortasse altera persona* i. h. est? *interrogat*

VII

Né tu istum edepol éxtulisti páriter ut dignús fuit.

Nonius 375, 2 'pariter, conuenienter. Titinius Praelia: ne' e. q. s.

extulisti (*an* expulisti?) *scripsi* media extulisti *ω* inedia extulisti *ed.* 1476 ínedia Exércuisti *Hermannus* aedi exclusti *x* medica, extulisti *in octon. iamb. Bue* mēdio éxpulisti (*eiecto* edepol *ut glossemate*) *Kiesslingius* ut dignus f. *om. B*

VIII

Séd te amabo: quíd desubito tám repente ad mé uenisti? 80

Nonius 517, 14 'desubito. Titinius Prilia: sed' e. q. s.

sed te amabo *scripsi* sed eamabo *Ba* sed ambo *Palat.* sede amabo *φ* sed amabo *ed. pr.* ede, amabo *x* tam repente *om. Palat.* uenistis *Palat.*

IX

Tibin égo remedium quóm sciam non délicem? 81/2

Nonius 277, 25 'delica est aperi et explana. Titinius Quinto . . . idem Proelia: tibine' e. q. s.

tibin ego remedium *scripsi* tibine comediam *LW* tibi nego mediam GH^1 tibin ego medelam *Bue* tibin comoediam *Hermannus* quom *scripsi* quem GH^1 que L^1 quam *φ*

X

Tubúrcinari síne me uultis réliquias.

Nonius 179, 22 'tuburcinari significat raptim manducare. Titinius Proelia: tuburcinari' e. q. s.

XI

. . . . . pérnam totam díligit.

Nonius 290, 8 'diligere manifestam habet significationem, ut plerumque. Diligit diuidit. Plautus in Curculione (424): clipeatus elephantum ubi machaera diligit.' (sed dissicit libri Plautini) 'Titinius Proelia: p. t. d.'

coctam *Junius* dissicit *videbatur legendum esse* (*coroll.* XIV. LIX *sqq.*), *sed* 'gallina diligitur' *Nigidius apud Gellium* VI 9, 5. dirigit *Salmasius ad Solin.* 1191 *conl. Pauli Festo p.* 69: 'dirigere apud Plautum inuenitur pro discidere.' (discindere *Scaliger*)

PSALTRIA sive FERENTINATIS

Cf. fr. IV I. De compositi Ferentinas Psaltria tituli, quem Wasius et bibl. Lat. III 240 Fabricius statuerunt, ratione cf. Ritschelius Parerg. I 165.

I

85 Feréntinatis pópulus res Graecás studet.

Priscianus p. 629 P. 'Titinius in Psaltria: Ferentinatis e. q. s. 'pro Ferentinas.' p. 762 P. 'Arpinas, Ardeas. quod autem per syncopam haec proferuntur, uetustissimorum usus comprobat .... Titinius in Psaltria: Ferentinatis' e. q. s.

graeca *ω p. 629 et Bong. p. 762.*

II

86/7 Manus láuite, mulierés, et capita uélate! .....

Nonius 504, 21 'inde imperatiuo modo lauite facit. Titinius Psaltria: manus' e. q. s.

Malui octonarium iambicum continuare quam dissecare ut olim duorum versuum frusta manus l., múlierès, Et cápita uelate.
manus Láuite *Hermannus* mulieres H^1 mulieris φ
capita H^1 capite φ

III

grauique obsónio
Conuíuas

Nonius 314, 16 'graue multum, ualde significare ueteres probant. Titinius Psaltria: grauique o. c.'

1 *sq.* conuiuias H^1 conurias BGP^1 *An septenarii iambici exitus est* grauique obsónio conuíuas?

IV

90 . . farticulám, cerebellum, láctis agninás . .

Priscianus p. 686 P. 'hae lactes partes sunt intestinorum ... cuius singulare haec lactis est. Titinius in Ferentinati: farticula' e. q. s. (in ferentinati in litura Bamb.) Nonius 331, 26 'lactes dicuntur intestina. Titinius Psaltria: farticula' e. q. s.

farticulam *conieci* (*fort.* gallinam. *An* farticulum?) ferticula *L* farticula φ *Nonii* graticula *Amien. Sang. Bamb. Bong. Grut.*

Prisciani craticula φ *eiusdem, in quibus* gratillas *vel* gratillam *latere potest.* agnina *Prisciani* ω auninas L^1 acinas *G Nonii*

V

. . . contemplári ancillas, quam árbitrer
Illárum subcubónem esse . . . . .

Nonius 224, 20 'subcuboneum' (subcubonem Mercerus, recte) 'positum pro succuba Titinius testis est in Psaltria: contemplari' e. q. s.

2 subcubonem *Mercerus* subcuboneam ω contempla ancillas, quam arbitres (arbitrere *coni. x*) illarum subcubonem *Bothius* *Traditis praeire* iubet me *potuit*

VI

Dic ístud, quaeso: quó te auortistí? mein fastídis,
Meaé deliciae?

Nonius 496, 13 'genetiuus casus positus pro, accusatiuo. Titinius Psaltria: dicis tu' e. q. s.

1 *Septenarium iambicum quamvis legitima caesura carentem (ad exemplum Aristophanis Thesm.* 531. 562 *nub.* 1359) *senario male composito praetuli.* dic istud *Neukirchius* dicis tu ω dic sis tu *Gulielmius: cf. coroll.* LXI quo *Ba* (*ut Plautus Amph.* 899 *Truc.* 358: *cf. Vahlenus relat. acad. Berol.* 1883 *p.* 89) quoa φ quor *Madvicus* auortisti *Pius* abortisti ω, *nisi quod* abhortisti *H* obuertisti *Palat.* mein *Ed. Becker in Studemundi stud.* I 130 mei ω fastidis $Ba H^2$ fastidisi *W* fastidissi φ fastidisti *Rothius. An* fastidis | sic? 2 mee H^1 me *P*

QVINTVS

I

a stúltitia cupídinis 95
Petúnt consilium, bóna bonorum grátia
Parui út faciatur.

Nonius 507, 16 'facitur pro fit . . . Titinius Quinto: stultitia' e. q. s. Priscianus p. 789 P. 'facitur quoque a facio pro fit protulerunt auctores . . . Titinius in Quinto: consilium' e. q. s. (Quinto Putschius · V · libri) Idem p. 801 P. 'facio, quamuis uetustissimi etiam passiue hoc protulisse inueniantur. Titinius in Quinto: bonum gratia' e. q. s. (Quinto Putschius V libri)

1 a *scripsi*, *om.* ω 2 bona bonorum *Hermannus* bona *Nonius* bonum *Prisciani* ω 3 parui ut *Prisciani* ψ *p.* 801 ut parui *Nonius* parui *Prisciani* ω *p.* 789 (*nisi quod* parua *Bamb.*), *Sang. m.* 2 *et Bong.* 801 faciantur *C Nonii*, *Sang. Reg. m.* 1 *Bamb. Halb. m.* 1 *Carolir. Prisciani p.* 801

II

Ita enim úti eum oportet líbertatem, quí sapit.

Nonius 481, 19 'libertatem uti pro uti libertate. Titinius lib. V: item' e. q. s. (Quinto Mercerus)

ita enim *scripsi* item ω ut *L* eum oportet] cum portet *Ba* ita ut eum oportet *Bothius*: *an* ita eum úti oportet? libertatem qui sapit *Bothius coniungit*

III

Quod eá parasitus hábeat, qui illum sát sciat
Delícere et noctem fácere possit dé die.

Nonius 277, 16 'delicere est illicere. Titinius lib. V: quod' e. q. s. (turpilius Leid.)

1 qui illum H^2PW quillum B^1L^2 quilum GH^1L^1 qui illam *A M* sat sciat *scripsi* satiat *B* sciat φ qui lunam sciat *Bue, facete*

IV

Qui exácta aetate spónsa sit?

Nonius 439, 14 'dehinc promissa dicta uel pacta uel sponsa dici potest . . . Titinius Quinto: qui' e. q. s. (Diuortio Aldina)

qui (*h. e.* quomodo) ω cui *ed.* 1526 sponsa sit desponsa ω: *delevi glossema* (*cf. Varro de l. l. VI* 70) sponso desponsata sit *Bothius*

V

Quid ístuc est? aut quíd istic sibi uult sérmo? mater, délica.

Nonius 98, 8 'delica, explana, indica . . . . Titinius lib. V: quid' e. q. s. Idem 277, 24 'delica est aperi et explana. Titinius in Quinto: quid' e. q. s.

De formulae quid istuc est? *pronuntiatione vide coroll.* LXI *sq.* est aut] essa ut GH^1 esse ut *B* istam ut *P p.* 277

quid *ante* istic *om.* ω *p.* 98 uult] uulsi *BGH*¹ *p.* 277 *Iambos discripsi cum Hermanno, trochaeos olim* matri *Vrbin.* 307

VI

Nunc hóc uror, núnc haec res mé facit festínem.

Nonius 482, 31 'festinem pro festinantem. Titinius lib. V: nunc' e. q. s.

Baccheos quamvis rudes ego audio, anapaestos Bue hoc res me *W* me haec res *Hermannus, ut senarium efficeret*

VII

Qui 'Obsce et Volsce fábulantur: nám Latine nésciunt.

Festus p. 189 M. 'Obscum duas diuersas et contrarias significationes habet. nam Cloatius putat eo uocabulo significari sacrum — — — et in omnibus fere antiquis commentariis scribitur Opicum pro obsco' ('Opscum pro Osco' Huschkius monum. linguae Oscae p. 278), 'ut in Titini fabula quinta: qui' e. q. s. (Quinto Scaliger) Paulus p. 188 M. 'Opicum quoque inuenimus pro Osco — Titinnius: Obsce' e. q. s. Adde inc. fab. VIII.

SETINA

I

Ipsús quidem hercle dúcere ⟨eam⟩ sané neuult. 105

Nonius 144, 6 'neuult pro non uult.'

eam *Bothius* (hanc *Quicherat*), *om.* ω (*cf. Muelleri prosod. Plaut.* 24) ducere Sane *Hermannus*

II

Accéde ad sponsum audácter, uirgo núlla est tali' Sétiae.

Nonius 227, 15 'tale positum pro talis.'

audacter *Vrbin.* 308, *Bothius* audaciter ω uergo L^1 salis etiae *FLW* talis etie H^2 talis etiam est EH^1 tale sententia *Vrbin.* ulla talest *x* (*cf. Leo Pl. F.* 259) ulla est tali' *Duebnerus*

III

. . sed iam metuo hércle, Caeso, né nimis stulte fécerim,

Qui ex tánta factióne atque opibus puéllam sum ausus ádgredi.

Nonius 304, 21 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem. Titinius sediam metuo' e. q. s. (Setina: metuo Mercerus. fortasse Setina titulus ante sediam excidit, sed manet incerta tituli fides. Ceterum cf. fr. VIII. IX. XV apud Non. 186, 24 et 87, 13)

1 sed etiam *B* sed cum iam *M* mouemetuo H^1 memetuo H^2 hercle metuo *Vrbin.* 308 Ceso *ω* 2 puellam *scripsi* eam *ω* illam *Neukirchius* qui eam tanta ex factione atque opibus ausus sum *Bothius trochaeis* *Ceterum cf. Plauti Trin.* 491. 497 *Cist.* 493 *sq.*

IV

109 Paulá mea, amabo, pól tuam ad laudem áddito 'praefíscini'!
110

Charisius p. 189 P. 'praefiscini Titinius in Setina: Paula' e. q. s. 'ne puella fascinetur.' (sentina cod. Explicandi causa verba 'ne puella fascinetur' Charisium subiecisse monuit Gulielmius Veris. II 14, item Scaliger Cast. ad Fest. p. 148.) Fortasse sponsa loquitur.

Senarios olim praetuli; personas ante pol *distinxit Turnebus* tuam *scripsi* tu *cod.*

V

An quía 'pol edepol' fábulare, 'edí medi' meminísti —?

Charisius p. 178 P. 'medio (edio excerpta Paris. et Bern.) fidio, per Iouem uel fidem filiumue Iouis Herculem, quae iuratio propria uirorum est, ut feminarum edepol ecastor eiuno. Denique Titinius in Setina molliculum adulescentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis' (scr. magister) 'uellet, An, inquit, quia' e. q. s.

'edi medi' meministi *inperfectam sententiam* (*quam suppleas* marem te esse) *dubitanter posui.* edime diemini *cod.* edi medi *ed. pr.* 'edi medi' minare *de part. lat. p.* 26 *conieci*

VI

. . . . quasi hérmaphroditus fímbriatum fróntem Gestás.

Nonius 204, 28 'frontem . . . masculino Titinius Setina: quasi' e. q. s. Idem paedagogus loqui videtur.

VII

et quém colos cumátilis

Deceát

Nonius 548, 10 'cumatilis aut marinus aut caeruleus, a Graeco tractum, quasi fluctuum similis; fluctus enim Graece cymata dicuntur.' (pumatilis W plumatilis W in mg.)

1 ecquem *Bothius* cumatilis *Ba* cumatius φ

VIII

Iám cum mulleis te óstendisti, quós tibi alis in cálceos.

Festus p. 142 M. 'mulleos genus calceorum aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patricii sunt usi. M. Cato — — item Titinius in Seriana: iam' e. q. s. 'quos putant a mullando dictos ·i· suendo.' (Setina Aldina)

mullis *Hermannus* mullibus *cod.* tibi alis in *idem* tibiam si *cod.* *Cf. coroll.* LXII

IX

itum géstum amictum

Quí uidebant éius

Nonius 123, 10 'itum pro incessu. Titinius Setina: itum' e. q. s. (sedina H¹ sedtina H² sedin F¹L)

1 itu cestum F^1L itum cessu W^1 (*an* incessum?)

X

Etsí tacebit, támen gaudebit síbi ⟨iam⟩ promitti óreas.

Festus p. 182 M. 'oreae, freni quod ori inseruntur.'

promittiore *cod.* tibi tamen gaudebit permitti oreas *Hermannus*

XI

Vidístin Tiberim? — Vídi: qui illam dériuet, beáuerit
Agrúm Setinum.

Servius in Aen. XI 457 'ceterum illud incongruum est, Padusam feminino genere iuxta ueteres Padum dictum. Titinius in Setina: uidistin' e. q. s.

1 *Iterum post* uidi *mutari personam fingit Neukirchius*

XII

státui statuam

Publícitus.

Charisius p. 190 P. 'publicitus . . .'

2 publicitus *initio versus positum ut in Plauti Amph.* 162 *et Persa* 509

XIII

. . quem ⟨ut⟩ procul aspéxit, in⟨tro⟩ míttier
Voluít: reuortit, ⟨quási⟩ quom catapulta áuolat.

Nonius 552, 13 'catapulta, iaculum celer uel sagitta . . . Titinnius in Setina: quem' e. q. s.

1 quem ut *scripsi* quem *ω* quom *Palmerius* intro mittier *scripsi* inmittier H^1 inmitter H^2LW inmitier *P* immittere *Ba* in eum nitier *Duebnerus* 2 uolucris *x* quasi cum *Bothius* quo *Ba* quoniam *φ* auolat *Neukirchius* uolat *ω* euolat *Bothius*

XIV

De aédi summa, quo áuolauit gállus gallináceus.

Charisius p. 192 P. 'quo procul * quo te Moeri pedes, an quo uia ducit? uel cui rei, ut si dicas, quo prodest? ('ut dicas quo prope est' cod., corr. Keilius) 'ut eadem gratia Titinius in Setina locutus esse uideatur: de aedi' e. q. s. 'non ex qua, nec quo sedit.' (sętina cod.)

XV

Sapiéntia gubernátor nauem tórquet, non ualéntia:
Cocus mágnum ahenum, quándo feruit, paúla confutát trua.

Nonius 19, 16 'truam ueteres a terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus, appellari uoluerunt . . . Titinius Setina: sapientia cocus' e. q. s. Idem 503, 3 'feruit pro feruet . . . Titinius Setina (sedina H^1L^1): sapientia . . . confutata uoce cum amentia rapior feruorque accius meleagro (v. 450) heu cor' Idem 186, 24 'ualentia, fortitudo . . . Titinius Sedin [1].' Idem 87, 13 'confutare est confundere uel committere. Varro . . . idem lib. I. nius Sedina [2].' Idem 249, 19 'confutare, commouere. Titinius Setina [2].'

1 uollentiam L^1 *p.* 186 2 magnum *E mg.* $F^3H^1W^2$ *p.* 19 *ω* 249 magnusn *ω* 87 magnus *φ p.* 19 aenum H^2W *mg.* et num GH^1LP *p.* 249 paulo *ω p.* 19 aula *ψ p.* 503 (paula H^2)

XVI

incénsus architéctonis

Charisius p. 98 P. 'architectonis Titinnius in Setina: incensus architectonis' (sentina cod.)

infensus architectoni *Stephanus* incensus architectoni *Bothius* *Ludi in mutilata oratione varia possunt, e. c.* amore *vel* odio incensus architectonis, *vel* incessus *vel* ingenium *vel* sensus a., *vel* labor inpensus a.

XVII

Verríte ⟨mi⟩ aedis, spargíte, munde facite ín suo qui-
que loco út sita sint. 130

Charisius p. 183 P. 'munde Titinius in Setina: uerrite' e. q. s.

Anapaestos agnovit Bue Coni. Lat. p. 6; *septenarios troch.* spargite, Múnde *e. q. s. parum probabiles dimetitur Muellerus prosod. Plaut. p.* 61 mi *Bue, om. ω* spargite, munde *Ritschelius opusc. II* 326 quique *restitui. Cf. Plauti Poen.* 1177 *Stich.* 62 *Lachmannus Lucr.* 94 q̃sq, *cod.* quaeque *ed. pr.*

XVIII

lassitúdo

Conséruum, rediuiaé flagri!

Festus p. 270 M. 'rediuiam quidem alii reluuium appellant, cum circa unguis cutis se resoluit, quia luere est soluere.'

1 *sq. fortasse sic numeris coercenda:* lássitudo tú (*vel* tuúm) conseruum, rédiuiae flagri . . . *Senarium* conséruum lassitúdo, r. f. *proposuit Bue, sed cf. O. Brugman p.* 21; *creticos commendat x* conseruos *intellego lorarios*

TIBICINA

Vt hínc legatus ábiit peregre públice

Charisius p. 189 P. 'peregre cum abit quis, dicimus in locum, ut Titinius in Tibicina: ut hic' e. q. s.

hinc *Bothius* hic *cod.* abiit *idem* abit *cod.*

VARVS*

De Barro cogitavit Bothius.

I

Aecum ést me habere: eos paúperem sumptú meo?

Nonius 157, 11 'pauperauit, id est pauperem fecit..... Titinius Priuigna ... idem Varro: aecum est' e. q. s. (Varo ed. 1526)

rationem liberum *praemissum fuisse conieci* quos aecum est me alere *Bue mus. Rhen.* 29, 198 habere quos *Lipsius Fortasse sic scriptum fuit:* aécumst sat me habére, ne eos paúperem sumptú meo.

II

toto fit ín foco

De lígnis mi dapális cena . . .

Nonius 95, 4 'dapalis cena est amplis dapibus plena. Titinius Varro: toto' e. q. s. (Varo Bentinus). 'dapalis cena, λιπαρίς' Onom.

1 *sq. numeros definivit Hermannus* *An* foro? *si forte* de lignis cenam *servus verbera intellegi voluit* 2 mihi *ante Mercerum* in ω cenae EF^2 caenae H^1

III

Lótiolente! — Flócci fiet. — Cúli cultor! . . .

Nonius 131, 30 'lotiolente dictum ueluti lutulente a lotio. Titinius Varro: lotiolente' e. q. s. (Varo Stephanus).

Cf. Plauti Pseud. 360 *sqq.* latiolente *H* fiet F^3H^1 fiet et φ culei *vel* culi cultor *Neukirchius* cularcultor ω gulae cultor *Turnebus* circulator *Junius* cultor culorum *Onions An sic?* cúle! — Ausculto.

VELITERNA

I

túnica et togula obúnctula

Adimétur, pannos póssidebit fétidos.

Nonius 536, 18 'tunica est uestimentum sine manicis.' Cf. Turpil. Het. I.

1 togula *Junius* cogula ω obunctula *Junius* obuntula ω

II

uénde thensam atque hínnulos.
Síne eam pedibus ⟨suís⟩ grassari, cónfringe eius supérbiam.

Nonius 316, 2 'grassari etiam dicimus ambulare.'

1 hinnulos *Hauptius ind. lectionum Berol.* 1866/7 *p.* 3 *sq.* mulos *ω* 2 sineam W^1 eam iam *Bue* confringe *Passeratius* confingere (*vel* cumf.) *ω*

III

atque dúo postica, quaé loco Mercéde

Nonius 217, 19 'posticam feminino genere consuetudine appellamus . . . neutro Titinius in Veliterna dici probat: atque' e. q. s.

IV

Atque íllud ante pártum comedet, fúndi stabunt sén tibus.

Nonius 391, 20 'stare iterum horrere significat.'

V

ergo óccupa
Forás exire, fóris ut praesit línteum.

Nonius 355, 6 'occupare est proprie praeuenire . . . Titinius Veliterna: ergo' e. q. s.

2 foris BGH^1 foras *φ* at ori *x* praessit BGH^1

VI

Quot péstis, senia et iúrgia his semul émigrarunt aédibus!

Nonius 2, 18 'senium . . .'

quot *ed.* 1526 quod *ω*, *om.* L^1 his semul emigrarunt aedibus *scripsi* sesemet diebus emigrarunt (emigrarent FH^1) *ω* ex meis aedibus em. *Passeratius* sese meis aedibus em. *Mercerus* semet aedibus em. *Bothius* sese ecmigrarunt aedibus *Onions* emigrarunt e meis aedibus *Kochius* assae (*h. e.* nutricis) semet aed. 'Emigrarunt *vel* emigrarunt semet aedibus *praeter alia olim conieceram*

VII

'Omnium uitium ⟨húnc⟩ expertem, cónsili plenúm perhibui.

Nonius 495, 14 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . Titinius Veliterna: omnium' e. q. s. Paedagogus vel pater loqui videtur.

me uitium *Bothius*, *item Bue: magis probaverim* uitium unum, *quod idem proposuit* consili *Bothius* consilii *ω* perhibui *Bue* prohibui *ω* praehibui *Bothius*, *quod olim probabam* probi *Duebnerus*

VIII

Hábui recte ⟨mé⟩ disertim.

Nonius 509, 25 'disertim dicere plane, palam Lucilio auctore possumus in Veliterna: h. r. d.' (Lucio Bamb. Ceci. ed. princ. Titinio Bentinus)

Cf. coroll. LXIII

IX

Id ego aúcupaui, plénas auris ádfero.

Nonius 467, 10 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo.'

occupaui P^1

X

Fórtasse ⟨ei⟩ uotúm fuisse quó die libér foret:
Núnc eius uoti cóndemnatust, ímmolauit hóstiam.

Nonius 277, 3 'damnare et condemnare pro liberare positum est.'

1 *sq. numeros restituit Hermannus.* eum u. fecisse *Bergkius* uotum eum fecisse *Neukirchius:* fecisse *iam Palmerius* Forti se uotum fecisse *Bue mus. Rhen.* 29, 199 2 condemnatust *Neukirchius* condemnatus est *ω* immolabit *Scioppius*

XI

Hódie hostis fugáuit, spolia plácide posteriús leget.

Nonius 332, 4 'legere rursum colligere.'

fugabit *coni. x* eleget *m.* 1 eliget *m.* 2 *L*

INSVBRA* 155

Laudór quod osculáui priuignaé caput.

Nonius 476, 31 'osculaui. Titinius Ilarubra: laudor' e. q. s. (Hibrubra ed. pr. Insubra conieci. Vlubrana Mommsenus de dialectis Italiae inf. p. 319 Hilla rubra Quicheratius)

ludor *Bothius* prouigne *Ba*

EX INCERTIS FABVLIS

I

Béne cum facimus, tám male † subimus, út quidem perhibént uiri.

I. II. Festus p. 360 M. 'at antiqui tam etiam pro tamen usi sunt — — Titinius: [I] item [II].'

subimus *cod.* sabinus *Vat. R* sapimus *Bothius* malae sumus *Bue mus. Rh.* 29, 199

II

Quamquam éstis nihili, tam écastor simúl uobis consúlui.

ecastor *Augustinus in mg.* escator *cod.: de mensura cf. coroll.* LXIII *Exitum versus* simúl consului uóbis *praefero Vel anapaestos* tam écastor simul uóbis ego consului *vel trochaicum septenarium* tam ecastor uóbis consuluí simul *Bergkius haberi iubet*

III

Id quód rogas ⟨me⟩, néminem decét bonam . . . 158/9

Priscianus p. 683 P. 'nemo quoque siue ex hoc' (homo) 'compositum, ut quibusdam uidetur, seu non, communis est generis, et similiter o in i conuertit in genetiuo neminis. Lucilius in XXX: neminis ingenio quemquam confidere oportet. Plautus in Captiuis: neminis misereri certum . . . Titinnius: quod' e. q. s. 'Terentius in Andria: hoc ego scio unum, neminem peperisse hic.'

id quod *scripsi* quod *corr. in* quid *Vind.* quid, *sup. m. alt.* t quod, *Sang.* quid *Grut.* bonam (am *m. alt. in ras.*) *Bong.* bonū, ū *corr. in* ā, *Vind.* bonum *Grut. Barb. Carolir. Versum conclusit fortasse vel* rogare *vel* probare *vel* negare

IV

160 . . uelim ego osse aráre campum céreum

Charisius p. 40 P. 'ab hoc osse, huius ossis. Sic enim debet declinari, non ab hoc osso, sicut Varro dixit: osse scribebant; et Ennius (h. e. titinnius): uelim' e. q. s. Idem p. 112 P. 'os monosyllaba extra analogiam esse Plinius eodem libro sexto scribit, et addit eo magis consuetudinem in eo esse retinendam. Titinius: uelim' e. q. s. Cf. Attae Satura.

Versus sic fere cucurrisse videtur: uelim égo istoc (*vel* nunc) osse *e. q. s.*

V

mírior

Tibi uídeor?

Pauli Festus p. 123 M. 'mirior dicebant comparatiuum a miro. Titinnius: mirior, inquit, t. u.'

VI

. . . . . lenti cálido, eluella et rápula,

Rúmice

Nonius 210, 4 'lentem consuetudo feminino genere dici uult . . . masculino Titinius: 'lenti' e. q. s.

1 eluella et rapula *scripsi* eluelletrapula *W* eluella trapula φ eluella rapula *Scaliger* 2 rumice *Turnebus* romice *L* romiae F^1 romicae φ

VII

165 Obstrúdulenti aliquíd, quod ⟨per⟩pectám sedens:

Aut lúculentaster, aút formaster frígidus.

Festus p. 193 M. 'obstrudant obsatullent, ab auide truendo in gulam, non sumendo cibum. Vnde et obstrudulentum . . . . . dixit Titinius: obstrudulenti' e. q. s.

1 da aliquid *Hermannus* pectam *cod.*, *oris scil.*, *non pectinis dentibus lanam*, *ut interpr. Bue:* perpascam *dubitanter conieci* 2 haut luculentust, era *Hermannus* luculentaster '*comice fictus pro* lucuntulo' *Bue* formaster: *cf. Placidus in CGl.* V 70 *G.* 'formastro, *opere pistorio*'. fornaster *Hermannus*

VIII

quín togis cum cándidis,

Túnicis sordidís, syntheticis . . . . . .

Nonius 536, 23 'tunica est uestimentum sine manicis ... Titinius: quin' e. q. s. (Titinius Quinto: togis Neukirchius, admodum probabiliter: cf. ad Setinae fr. III adn.)

1 toges *Ba* candendis H^1 2 syntheticis *Palmerius* sintetdicis ψ sentetdicis W^1 sinetdicis *Ba* synthesinis *conieci* (*cf. Suet. Ner.* 51)

IX

Sí erit tibi cantándum, facito usque éxuibrisses ... 169/70

Pauli Festus p. 370 M. 'uibrissare est uocem in cantando crispare. Titinnius: si erit' e. q. s.

Septenarium trochaicum discripsi; senarios si erit tibi Cantándum *Hermannus*

X

Féminina fábulare súccrotilla uócula.

Festus p. 301 M. '[succrotilla] tenuis diceba[tur et alta uox.] Titinnius in ..... fabulare succro .... nius in episto —' Paulus p. 300 M. 'succrotilla uox, tenuis et alta. Titinnius: feminina' e. q. s.

fabulare *om. Paulus*

XI

caue!

Expórge frontem, lábea semper fácito rictu rídeat. 172[1]

Nonius 221, 15 'rictus generis est masculini. Titinius: caue ... rictus. ricta neutri' e. q. s. Idem 456, 1 'rictum ferarum dici uolunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere: caue' e. q. s. (Titinius Caeco: exporge coni. Neukirchius. Multo probabilius de Cane titulo fabulae cogites.)

1 caue: *v. supra.* calue *Quicheratius* 2 excorde ω *p.* 456 labea *scripsi* labeat ω *p.* 456 habeat ω *p.* 221 facito *Junius* facto ω, *nisi quod* facta F^1 fácto *Vrsin.* 308 factos *Par. Q p.* 221 faciles *Scaliger* rictu rideat *Vrbin.* rictus rideat $EF^3H^1L^1$ *p.* 221 rictus fit F^1 *p.* 221 rictus φ

XII

tentipéllium

Indúcitur, rugae óre extenduntúr . .

Festus p. 364 M 'tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur — — Titinium

autem Verrius existimare id medicamentum esse, quo rugae extendantur, cum dicat: tentipellium' e. q. s. 'cum ille τρο-πικῶς dixerit.' τετάνωθρον esse monuit Scaliger.

2 in ore *cod.* induce, ut r. in ore extendantur tuo *x*

XIII

175 . . . . hominem ímprobum! nunc rúri pergraecátur.

Pauli Festus p. 215 M. 'pergraecari est epulis et potationibus inseruire. Titinnius: hominem' e. q. s.

XIV

176/7 Rus détrudetur pédicosus squálidus.

Festus p. 210 M. 'pedibus obsitum, id est pediculis, Titinius pedicosum appellat hoc modo: rus detrudetur pedicosus squalidus.' Paulus p. 211 M. 'pedes . . . . ab his pedicosi appellantur, ut est illud: pedicosus squalidus.'

Senarium dimensus est Fleckeisenus annall. philoll. 1861 *p.* 576

XV

Quid habés nisi unam arcám sine claui? eó condis sucérdas.

Festus p. 302 M. '[sucerd]ae stercus su[illum — — us: simus — —, quid habes, nisi . . . . . ui eo condis — —' Paulus p. 303 M. 'sucerda stercus suillum. Titinnius: quid' e. q. s.

eo cóndi(s) sucerdas *anapaesticam cantici clausulam esse vult Bue, haud inprobabiliter*

XVI

Lúcius

180 Domum sé capessit.

Servius Dan. in Aen. IV 346 'quidam capessere pro ire accipiunt, ut Titinius: Lucius' e. q. s.

1 *sq.* Lucius *possit etiam septenarium troch. incipere* ócius *coni. Kiesslingius*

XVII

Haec quídem quasi Osculána pugna est, haúd secus,
Quia quí fugere pólsi hinc spolia cólligunt.

Festus p. 197 M. 'Osculana pugna in prouerbio, quo

significabatur uictos uincere, quia in eadem . . . et Valerius Laeuinus imperator Ro. a Pyrrho erat uictus, et breui eundem regem deuicerat Sulpicius . . . . . item imperator noster eius rei meminit Titinnius hoc modo: haec quidem' e. q. s. Cf. Velit. XI.

1 *Disseruerunt de proverbio et de pugna ipsa M. Hertzius Philol. I* 613 *annall. philoll.* 1855 *p.* 334 *sqq.*, *et Mercklinus* (*de Osculana pugna*, *ind. scholl. Dorpat.* 1854) haud *Fruterius* . . . . . *cod.* non *Scaliger* 2 qui *Fruterius* in *cod. An* ubi? colligunt *Scaliger* colligant *cod.*

XVIII[a]

Taréntinorum hortórum odores quí geris

Porphyrio ad Hor. carm. II 6, 10 'de fertilitate autem et amoenitate Tarentini agri et Vergilius . . . et Titinnius sic ait: Tarentinorum' e. q. s.

qui geris odores *Porphyrio*, *transp. Pauly*

XVIII[b]

camensis cursor

Pauli Festus p. 58 M. 'Cammensem cursorem Titinnius pro pistore dixit.' Servum pistorem, qui camo indutus molam currendo uelut Cannensis cursor circumagat intellegebam: vide prooemium ind. scholl. Kiliens. 1863/4 p. VII sqq. De Placidi glossa in CGl. V 14. 52 G. 'carensis, pistoribus a caria quam Osquorum' ('afrorum' p. 14) 'lingua panem esse dicimus' disputavit Bue mus. Rhen. 33, 42 sq.

XIX

moraciis

Pauli Festus p. 139 M. 'moracias nuces Titinnius duras esse ait, unde fit deminutiue moracillum' (moraculas Bothius). Cf. Placidus CGl. V 84 G. 'moragis, nucibus longis', unde G. Loewe mus. Rhen. 31, 75 apud Titinium moraciis extitisse conclusit.

XX

aptra

CGl. II 18 G. 'aptra, *ἀμπελόφυλλα, ὡς τιτίννιος*.' V 440 G. 'aptra, folia uitea', p. 490 'abstra, folia uitis' Cf. Iosephus Klein mus. Rhen. 24, 295.

XXI

Pseudoacro ad Hor. epist. I 13, 14 'apud Titinnium in quadam fabula inducitur ancilla, quae lanae glomus furatur et deprehenditur aspere.'

Horatius epist. I 13, 14 'sic positum seruabis onus, ne forte sub ala Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum, Vt uinosa glomus furtiuae Pyrria lanae.' (pyrria, pirria, purria libri. Cf. Lachmannus ad Lucr. p. 408, mea ad Hor. epist. p. 146 et in hoc libro ad Priliam adnotata. Versui tam Proclia quam Prilia convenit.) Comm. Cruq. 'Pyrria] nomen est ancillae in quadam fabula Titinii, quae furata lanae glomos ita gestauit, ut deprehensa sit.'

Titinius fortasse fuit quem Pauli Festus p. 11 M. affatim testatur dixisse 'pro eo quod est ad lassitudinem', ubi Terentius codd.

XXII

Serenus Sammonicus de re med. 1044 'praeterea si forte premit strix atra puellos, Virosa inmulgens exertis ubera labris, Alia praecepit Titini sententia necti, Qui ueteri claras expressit more togatas.'

T. QVINCTIVS ATTA

AEDILICIA

I

Datúrin estis aúrum? exultat plánipes.

Diomedes p. 487 P. 'cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in Aedilicia fabula meminit: daturin' e. q. s.

datur inest scaurum *Paris. B* dat$^{\smile}$ in ē isairψ *Monac.* daturi si estis aurum *Hermannus l. l.* 255 aurem *coni. Keilius*

II

Sed sí pepugero, métuet . . . . .

Gellius VI (VII) 9, 10 'pepugero aeque Atta in Aedilicia dicit: sed si p. m.'

sed] sus *Rott.*

AQVAE CALDAE

I

Quám meretricie ém lupantur nóstro ornatu pér uias!

Nonius 133, 12 'lupari, ut scortari uel prostitui.'

quam *conieci* cum ω meretricie em *scripsi* meretricae e FHL^2 meretrice e PW meretricae L^1 metrice *Ba* meretrices *Mercerus* meretriculae *Onions* meretrices hae *Kochius* meretricie *Bue* nostro (nũo *Vrbin.* 307) ornatu per uias lupantur ω lupantur n. o. per u. *Bue* (*sed idem* cúm lup. n. o. p. u. meretricie *praefert*) enostro (*sc. purpureo*) ornatu *Stowasser in Woelfflini arch.* I 592

II

'Aquae ita muginántur hodie. — 'Atqui ego fontem occlúsero. 4/5

Nonius 139, 5 'muginari, murmurare . . . Atta quis caldis: atque' e. q. s.

aquae ita *Quicheratius et Bue* atque eia (eta W) ω atque ita *Junius* atque etiam *Bothius* *Personas cum Bue distinxi* atqui *scripsi* atque ω fontem occlusero *Bothius* oculsero (occulsero H culsero W^1) fonteme (fontem H^2W) ω occlusero fontem *edd. ante Mercerum*

CONCILIATRIX

. . . ursum sé memordisse aútumat.

Gellius VI (VII) 9, 8 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit . . . item Atta in Conciliatrice: ursum' e. q. s. Nonius 140, 22 'memordi peposci pepugi spependi in ueteribus lecta sunt. Accius in honiliaatrice: ursum' e. q. s. (Atta in Conciliatrice Lud. Carrio emend. I 14)

GRATVLATIO

Nihílne te populí ueretur, quí uociferere ín uia?

Nonius 496, 32 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet . . . . Acta Gratulatione: nihilne' e. q. s.

An nilne?

LVCVBRATIO

Cum prímo luci hódie ut exornáta sit,
Atque aúspicetis: crás est communís dies.

Nonius 468, 23 'auspicaui pro auspicatus sum . . . Acta Lucubratione: cum primo' e. q. s. Dies communis qualis sit Macrobius docet Sat. I 16, 3.

1 lucid *scripseram* hocedie *Bergkius olim, sed idem in symb. I p.* 147 *nihil mutandum censet.* illa hodie *olim conieceram* 2 atque ut auspicetis *ω, quibus servatis mutili septenarii fiunt quales olim praeter senarios proposui.* utque a. *Scaliger*

MATERTERAE

Vtrum Materterae an Matertera nomen fuerit incertum.

Comm. Cruq. ad Horatii epist. II 1, 80: recte necne crocum floresque perambulet Attae Fabula] 'quae inscribitur Matertera recte necne perambulet crocum floresque, id est in scenam recepta sit, quae floribus et croco spargitur.'

Futtilia protulerunt Porphyrio 'Atta togatarum scriptor est, qui in fabula quae inscribitur Materterae ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem' et Pseudoacro 'uel quia est Attae fabula, quae Matertera inscribitur, in qua flores enumerat.' Disputavit de Horatii loco O. Crusius mus. Rhen. 47, 68 sqq.

MEGALENSIA

Nempe ⟨ádstat⟩ sinus ápud mensam, ubi sermó solet Suboríri seditiósus.

Asper in schol. Veron. ad Verg. ecl. 7, 32 'sinum ergo uas patulum, *quod et masculine* sinus uocitatum, hic autem sinum lactis uas quodcumque lacte onustum. Varro . . . . Atta [in Megalensibus nempe — sinus apud mensam] ubi' e. q. s. Vncis inclusa nec Keilius nec Herrmannus legere potuit. Servius Lemovic. in l. l. 'sinus genus est uasis, quod cum significamus, si producitur: cum uero gremium significamus, si corripimus. Varro . . . Atta in Megalensibus: nempe' e. q. s.

1 nempe . . . sinus apud mensam *schol. Veron.: supplevi.* nempe ad mensam *Servius* sermo de sinu solet *Servius*

2 seditiosus *om. Servius* némpe ad mensam, ubi sérmo de sinú solet Suboríri *secundum Servium Hermannus*

NVRVS*

. . inter se dégularunt ómnia. 11[1]

Charisius p. 80 P. 'gulam, ut Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quae Graecis uocabulis necessaria est et saepe in u transit, ut in sue mure. Atta in nuro: inter s. d. o.' (sic scripsi coniectura scil. incertissima. in suemur ait cod. in sue mure * ait M. Hertzius mus. Rhen. 7, 480, postquam in sue mure. Att. Lipsius coniecit. Suecius Putschius Sueius x dubitanter Titinius Ritschelius, Iuuentius ipse olim conieci, inserueram autem inter inc. poet. pall. frusta. Atreo Lipsius Mida Putschius Varo Ritschelius) De nominis nurus usu et notionibus disseruit Hauptius ind. scholl. Berol. 1868/9 p. 8 sq.

SATVRA

uertamus uómerem,
In céra mucrone aéque aremus ósseo.

Isidorus Orig. VI 9 (= Mai auct. cl. VI 578) 'ceram ferro ne caedito. Postea institutum ut ceram ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satyra dicens: uertamus' e. q. s. (satura Wolfenb. Mon.)

1 quasi *praemittendum esse suspicor* uomeres *gloss.*
2 mucrone aeque *scripsi* mucroneque *Isidorus* mucronique *Hauptius* uero neque *gloss.* mucrone exaremus *prop. Bue*

SOCRVS

Ad hánc fortunam accéssit fortuna eí paris.

Verba si bene uisum mihi *utrum grammatici sint an comici ambigebat Endlicherus*

MARITI

Meon óbsequere amóri? — Oboedibó tibi.

Nonius 507, 29 'oboedibo. Afranius Maritis: meo' e. q. s. (Materteris Junius)

Personas distinxi meon *scripsi* meo *Ba* meo ut φ obsequere *scripsi* obsequerer ω obsequar *ed.* 1480 obsequare *Neukirchius*

MATERTERAE

Moriens olim mater sororibus suis puellam commendaverat (fr. I): quae iam adulta partes in hac fabula primarias habuit.

I

postquam sé uidet
Inibi ésse, gnatam páruulam soróribus
Comméndat.

Nonius 124, 21 'inibi pro sic et mox.'

1 uidet *scripsi et senarios restitui* uidit ω 2 gnatam *scripsi* gignastum H^1 gignatum F^1 gignatam φ ignotam *Junius* ingratam *Neukirchius*

II

quo defessa expectandó domi
Sédi, quod spissó uenire Mánius uisúst mihi.

Nonius 392, 19 'spissum significat tardum . . . Afranius Incendio [V] idem Matertera: quod defessa' e. q. s.

1 quo *Bue* quod ω: *vel deleri ut dittographia ortum vel* quom *corrigi licet* spectando *BGHP* 2 Manius uisust mihi *scripsi* uisum est mani mihi ω uisus est mani m. *Bothius* uisus e. nimium m. *A. Luchs stud.* I 68

III

Quid ístuc est? quid flés? quid lacrimas lárgitus?
Prolóquere.

Nonius 514, 30 'largitus pro large.'

1 quid ístuc *aut* sed quíd istuc *Bergkius: hoc ipsum acephalo versu indicare volueram.* quid istuc *Ba* qui istuc φ lacrimas *om. Ba* largitũ *BaL* 213 *et* 214 *in unum versum*

proloquere. — perii! lacrimae l. s. *concinnari iubet Bergkius l. l.: mihi iuxta ponere frusta nullo testimonio coniuncta prudentius visum*

IV

. . . . perii! lácrimae linguam saépiunt.

Nonius 41, 3 'saepiunt significat tenent, inpediunt ....'

V

. . . . ah tu éloquens ⟨es⟩: ílicet. 215

Charisius p. 180 P. 'ilicet pro nunc Afranius in Materteris, cum quis' (is codd., corr. Bothius) 'balbum supra modum disserere conantem laudaret: an tu eloquens ilicet? id est subito uel extemplo.'

ah *Neukirchius* an *cod.* ain tu? *Bergkius symb. I* 18 es *addidi, om. cod.* *Absque Celsi testimonio possis* scilicet *conicere*

VI

. . . causam cóicere hodie ad té uolo.
Ambón adestis? prófuturos árbitror.

Nonius 267, 32 'coicere, agere.' Cf. Rud. Schoell XII tab. rel. p. 101. 118.

2 ambo si adestis *Bothius* praefuturos, *scil.* praesentes futuros *Studemundus*

VII

. . . . ínguen plemen pápulam panum týmpanum

Nonius 149, 25 'panus ... tumor quoque inguinum ex formae similitudine sic uocatur. Afranius Matertera: inquem' e. q. s. Cf. Lucilius 1117 L.

inguen *Passeratius* inquem H^2LW inquam EFH^1 plemen *Bue conl. CGl.* VII 99, 9 *G.*, *item CGl.* IV 145 V 474 *G.* plenam ω flemen *Onions* plenum *Passeratius* pabulam F^1

VIII

. . . . . exequias cántitant. 218[1]

Festus p. 161 M. 'naenia est [carmen, quod in funere laudandi] gratia can[tatur ad tibiam — — Afra]nius in Materte[ris ..... exe]quias cantit — —' Supplevit Scaliger.

cantitant *si scribis, exitum, si* cantitabant *Scaligeri praefers, principium versus habes*

MEGALENSIA

át ego sero séntio

Te nón amare mé cordate ac sániter.

Nonius 515, 21 'saniter. Afranius Negalensibus: adesto' e. q. s.

1 at (*vel* ah) ego sero sentio *scripsi.* adesto assentio HL^2 PW adesto adsentio (asentio C) φ. *Olim visum erat* adesto *dittographia ortum esse: in textu* ah sentio *scripseram.* at esto: assentio *Neukirchius.* at esto. — a sentio x 2 cordate *scripsi, item Bue coni.* adorate $Ba\,H^1L$ adorare H^2W adoro te P suauiter *Palmerius, etiam in lemmate: cf. coroll.* LXXIII

OMEN

I

. . amabit sápiens, cupient céteri.

Nonius 421, 19 'cupido et amor idem significare uidentur, et est diuersitas. Cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii . . . Afranius in Omine: amabit' e. q. s. Servius Dan. in Aen. IV 194 'cupidinem ueteres immoderatum amorem dicebant. Afranius Cinerario [III] . . . . amant sapientes, cupiunt ceteri.' (Excidit: idem in Omine.) Apuleius apolog. c. 12 p. 19 B. 'quapropter, etsi pereleganter Afranius hoc scriptum reliquit: amabit . . . ceteri, tamen' e. q. s.

amabit (*sic* H^1 ambit H^2LW) sapiens *Nonius* amant sapientes *Servius* cupient *Servii quoque Bern.* cupiunt *Ambros. Servii, Daniel*

II

Datátim uxorem ut lúdas . . . . .

Nonius 96, 17 'datatim, id est inuicem dando . . . Afranius homine: datatim' e. q. s. (hominem H^1L)

laudas P

III

Atque ílle derepénte in iumentum éxilit.

Nonius 518, 8 'derepente . . . Afranius Incendio [VI] idem in homine: atque . . . exilit. Contendit oculos' e. q. s. Vide pall. inc. inc. 22.

IV

. . . . . bacíllum delicátum
Cornéolum poscit. 225

Nonius 78, 18 'bacillum' (ita Ba 'baccillum' φ) . . . 'Afranius hominem: baccillum' e. q. s. (homines Bamb. cum ceteris classis δ)

1 *sq. numeri sunt Hermanni* *Ex* homines *titulo fortasse* sibi *eliciendum* bacillum W^1 baccillum φ delicatum δ deligatum φ 2 procit *Passeratius* procat *Bothius in senarii fine*

V

. . . tibi in utráque parte póllet et paritér potest.

Nonius 375, 5 'pariter, similiter. Afranius homine: tibi' e. q. s. (omnem B hominem GL)

Septenarium tíbi in utraque párte pariter póllet et p. p. *compleri iubet Bue* tibiis in utramque partem (*sic iam Bothius*) *x*

VI

Satis fórtiter, ⟨puéllae,⟩ palo uéstras scicidistís colus.

Priscianus p. 890 P. 'scindo scidi. Vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant . . . Afranius more antiquo dixit in Omine: satis' e. q. s. (homine libri 'colus τὰς ἠλακάτας' Ba)

palo *Bothius* paulo ω Paulla *Neukirchius* pol *in senario Bergkius*

VII

Ea mémoriter, cum uénero, confécta ut offendám . .

Nonius 359, 3 'offendere, inuenire . . . Afranius Omine: ea' e. q. s. (omine, ne in ras., B homine GLW) Cf. Plauti Pseud. 163.

Disposuit versum Hermannus tene *in fine suppl. x* mémineris Ea mémoriter . . . offendam domi *Bergkius*

VIII

Tértium diém praeclauium únum texere . . .

Nonius 64, 22 'praeclauium, pars uestis, quae ante clauum texitur. Afranius homine: tertium' e. q. s.

tertium] totum, *ut senarius fiat, Bue* unum te detexere *septenario x* unum solum texere *ipse proposui coroll.* LXXIII

IX

230 Ipsí me uelle uéstimenta dícito.

Priscianus p. 694 P. 'ipsi pro ipsius Afranius in homine: ipsi' e. q. s.

X

Cedo púrpurissum!

Nonius 218, 24 'purpurissum genere neutro. Afranius homine: c. p.' Conferri Plauti Most. 261 iussit Fleckeisenus.

PANTELIVS*

Pantelivs scripsi, Attin intellegens sive *Πανθήλιος* sive *Παντέλειος* cognomine fuit. Cf. Prelleri mythol. Rom.[2] II 392; olim Patelia, quam Patellam vel Patellanam (Prelleri l. l. II 223 sq.) intellegebam.

I

Contémnes? liber nátus est, ita máter eius díxit,
In Gállia ambos cúm emerem.

I—III Charisius p. 95 P. 'ambos Terentius in Adelphis ... idque Helenius Acron sic oportere dici in eadem Terentii fabula disputauit, Verriumque dicit errare, qui putat hos ambo dici debere; indifferenter autem locutos ueteres uberiora dabuntur exempla. Afranius in Panteleo: contemnes, inquit, liber' e. q. s. (Pantaleo ed. pr. Pantaleonte Junius. De *Παντελείῳ* cogitavit Lindemannus.) 'item idem in eadem [III] ... ambo Afranius in Panteleo [II]' (Pantaleo ed. pr.)

1 contemnens *ed. pr. An* contemnis? 2 ambos cum *Hermannus* cum ambos *cod.*

II

. . . reuocas nós ambo ad perículum.

periculum *cod.* praelium *ed. pr.* *Initium septenarii sit* réuocas nos ambo ád periclum

III

Séd eccos ambos 235

ecos *scribendum*: *cf. coroll. ad trag. p. LI et Fleckeisenus annall. philoll.* 1871 *p.* 812

IV

citer 235[1]

Priscianus p. 607 P. 'citimus . . . Afranius tamen etiam positiuum eius citer protulit in Patelia teste Aruntio.' (patellea Bamb. Halb. Sang. Bong., a post. in ras. duarum litt. actra pos., patellea m. alt., Barb. patellia Grut. patelle . atesa Reg. Patella vulgo)

POMPA

I

Tenéto: in medio némo est. magnificé uolo
Fluctuátim ire ad illum. accípite hoc, tege tu et sústine!

Nonius 111, 29 'fluctuatim, iactanter et solute.'

1 teneto *scripsi* tene tu (ten** F^1) *ω, quod ita olim servabam, ut primam syllabam* (*e. c.* em) *periisse statuerem.* tene tu hoc *Muellerus prosod. Plaut.* 471 tene tu, inquam *Onions* tenetur: nemo in mediost *prop. coroll.* LXXIII 2 fluctuatim EFW^2 flutuatim PW^1 fluctuat HL fluctatim *in scaena puto pronuntiatum esse*: *cf. Varronis sat.* 123, 3 *B.* illu* F^1 accipito *x*

II

ínterim
Túa clienta

Charisius p. 77 P. 'cliens communis generis est: inuenimus tamen et clientam apud Afranium in Pompa: interim t. c.'

PRIVIGNVS

I

Orbús uirili séxu adoptauít sibi 240

Festus p. 334 M. 'sexu, natura habituque, ex Graeco quam illi uocant ἕξιν. Afranius in Priuigno sic ait: orbus' e. q. s. (sic agit cod., corr. Vrsinus)

II

Vxórem quaerit fírmamentum fámiliae:
Sciás abesse ab lústris ingeniúm procul.

Nonius 333, 15 'lustra etiam lupanaria dicuntur ... Afranius Priuigno: uxorem' e. q. s. (praugno GH¹)

2 lustris *ed. pr.* inlustris ω

III

et própter patruelém tuam
Constítuit hilare anhélans, deiectá coma.

Nonius 514, 1 'hilare ... Afranius Priuigno: et' e. q. s.

2 deiecta *Aldina* delecta ω: *cf. coroll.* LXI disiecta *Bothius*

IV

Occásionem náncta mulier ínuolat
In cóllum, plorat órat, occurrít nepos
Pausíllus, neptis pórro de lectó frigit.

Nonius 308, 14 'frigere est [et friguttire] cum sono sussilire ... Afranius Priuigno: occasionem' e. q. s.

1 nacta *Mercerus* casta *B* captat *Vrbin.* 307 cartha φ captans *Bothius* cum aptast *M. Hertzius* occasione capta *Duebnerus*: *melius* rapta *placeret* 2 accurrit *x* 3 frigit: *cf. coroll. ad trag. p. LIX* fregit W^1

V

Ni tántum amarem tálem tam meritó patrem,
Irátus essem ad quó liceret.

Nonius 76, 9 'ad quo pro in quantum. Afranius Promo [I] idem Priuigno: ni' e. q. s. (prouigno BaL)

1 tantum] tamen *Vrbin.* 307 2 iratus δ miratus φ aquo *EF*¹*LPW* liceret δ licere φ

VI

Nemo ílla uiuit cárie curiósior.

Nonius 21, 28 'caries est uetustas uel putrilago ... Afranius Priuigno: nemo' e. q. s.

nemo illa *om.* F^1L cari F^1L cariosior *Vrbin.* 307, *Aldina* cariosa cariosior *Lachmannus ad Lucil.* 236

VII

Viuáx uetus quam dúriter nunc cónsulis tergó meo!

Nonius 512, 5 'duriter pro dure ... Afranius Priuigno: uiuax' e. q. s.

uibex *vel* uiuex *conici posse monet Bue* consulis *Junius* consulto ω consulito *Aldina* consulit o *Neukirchius* consulo *Mercerus* consulit *olim dedi*

VIII

Vixísti tristis dúrus difficilís tenax.

Nonius 407, 25 'tenacia, parsimonia.'

IX

Non égo te noui trístem saeuum sérium?

Nonius 33, 32 'serium, triste et quasi sine risu Afranius Priuigno: non' e. q. s. (risum afr. FL^1 risu men. afr. H^1 risu m. afr. EH^2L^2PW). Cf. idem 409, 19 'triste, seuerum. C. Afranius Priuigno de officiis lib. I' e. q. s.

saeuum *Stewechius* seruum ω seuerum *Bongarsius*: *sed vide Nonii p.* 409 *lemma. Cf. etiam Terentii adelph.* 866

X

. . quod si fecíssem paulo saépius,
Didicísset ferre et nón esse intolerábilis.

Nonius 125, 25 'intolerabilis, id est, quae tolerari' ('qui tolerare' Bongarsius) 'non possit.' Ergo de muliere sermo est.

2 didicisset *Scaliger* didicit esse is ω didicisset is *ed.* 1526 didicisses *Onions* inferre F^1 differre P

XI

. . . noui amícum atque aequalém meum.

Nonius 235, 29 'aequales rursum aequaeui .... Afranius Priuigno: noui' e. q. s.

XII

. . . . quam míhi sit grata illíus obsequélla

Nonius 216, 2 'obsequelam feminino .... Afranius Priuigno: quam' e. q. s.

obsequela ω obsequentia *Bothius*

XIII

Iucúnditatis plús inest in té mihi
Quam cómmercatis cónquisite edúlibus.

Nonius 28, 29 'flagriones dicti serui, quod flagris subiecti sunt, ut uerberones a uerberibus. Afranius Vopisco [XXV] Priuigno: iucunditatis' e. q. s. (Excidisse lemma edulia et Afranii nomen monet Mercerus.)

1 inest] est *W* 2 qua in H^1: in *post* quam *inseri opus non est* consequite *W*, *in quo* conquaesite *latet* (consequere *Vrbin.* 307)

XIV

Quae fácere nos solémus festiuó die,
Cotídiano ⟨tu⟩ ópere promisce ómnia:
Aequé profesto ⟨ac fésto⟩ concelebrás focum.

Nonius 434, 16 'profesti et festi dies discernuntur sic: profesti sunt a festiuitate uacui.' Festus p. 229 M. 'profesti dies — — Caecilius — — in Priuigno: ae .....'

1 festi (festis H^1P) facere nos solemus ω, *in quibus* festiuo *Junius agnoverat.* nos solemus facere festiuo *Scaliger* festo facere non solemus nos *Hermannus*, *in quibus* festo *praeivit Mercerus.* festo facere nos solemus in *Guietus* festi *locativum interpretatur Huschkius stud. Rom. I* 235 (festi .. de die *coni. x*), *praeterea* non *pro* nos *scribi iubens*: *illud credibilius esset*, *si de hoc ordine* quae non solemus facere nisi festi die *constaret* 2 cottidiano *L* tu *Hermannus*, *om.* ω operare *mavult Bue* promisce *scripsi* promiscit (primoscit H^1) ω

promiscue *ed. pr.* promisces *Junius* (misces *ferri poterat*) omnino H^1P agis promiscue *Hermannus* 3 ac festo *Hermannus*, *om.* ω concelebrans W^1, *Gebhardus* concelebras φ, *quod participium haberi licet* forum *Huschkius*

XV

Dehinc témeritatem répudio uulgáriam.

Nonius 488, 28 'uulgariam pro uulgarem . . . Afranius Priuigno: dehinc' e. q. s. (prouigno Bamb.)

XVI

Ah fúlica, paene pérdidisti: dí te mactassínt malo.

Nonius 342, 15 'mactare malo adficere significat . . . Afranius Priuigno: a fulica' e. q. s. Procella in mari iactatus et vix servatus loquitur; nam procellas fulicam indicare Ciceronis de div. I 18, 14 versus docet.

a ω paene perdidisti *scripsi* pene peristi ω, *unde* bene peristi *olim feceram.* peristi paene *Bothius* tae GH mactissint BH^1

XVII

Vidísti ludos? — Hínc auscultauí procul. 265

Nonius 246, 17 'auscultare uidere, spectare.'

uidisti *Neukirchius* uidet ω: *an* uideres (*sc.* utinam)? uidi te *non mutata deinde persona Bue* auscultari BGH^1P^1

XVIII

. . interea uérba iactare ét labris
Intér se uelitári, uelificárier.

Nonius 3, 11 'uelitatio dicitur leuis contentio, dicta ex congressione uelitum . . . Afranius Priuigna: interea' e. q. s.

1 uerbis *Ba in ras.* *Fuit cum* uerbis lactare *conicerem*, *sed cf. coroll.* LXXIV 2 uelitarier, *om.* uelificarier *cum* 'veteribus *edd. ac membranis*' *Lud. Carrio* uelitari uellicarier *Gerlachius*

XIX

Siléntio opus est, núlla mi est parátio.

Nonius 219, 26 'paratio feminini Afranius Priuigno: silentio' e. q. s.

mi (*vel* enim) est *conicio* inest *ω*

XX

Hoc pótius, hoc nunc féruit animus, hóc uolo.

Nonius 503, 9 'feruit pro feruet ... Afranius Priuigno: hoc' e. q. s.

huc nunc W^1

XXI

Numero ⟨ó⟩ inepti pertímuistis cassám terriculam aduérsari.

Nonius 352, 25 'numero significat cito ... Afranius Priuigno: numero' e. q. s.

Anapaestos agnovit Bue, idem o *inseruit: octonarios troch. vulgo habuerunt* enepti *BGHLP*

XXII

Poématorum nón bonorum . . .

Nonius 493, 8 'poematorum pro poematum.'

PRODIGVS

Nam mé pudet, ubi mécum loquitur Númerius,
Aliquíd sufferre Graéce: irridet me ílico.

Nonius 397, 5 'sufferre significat dedere uel supponere ... Afranius Prodigo: nam' e. q. s. (Prodito Quicheratius)

1 pudet it *W* 2 sufferre *Bothius* suffero *ω* sufferre, Graece *Hermannus*

PRODITVS

Vnam tantum fabulam vel Prodigum vel Proditum fuisse suspicatur Stephanus.

I

Delíberatum est nón tacere ⟨me⟩ ámplius:
Amúnculas tacéndo periisse aúdio.

Schol. Veron. in Verg. Aen. X 564 'tacitis regnauit Amyclis. Adnotandum quod in catalogo huius non meminit. Amyclis ex prouerbio ... sumptum est, cuius Afranius meminit in Prodito: deliberatum' e. q. s. Cf. Servius in l. l. (item schol. Paris. in Statii Theb. IV 259 ed. a Phil. Kohlmann in progr. Posnan. 1873 p. 12) 'hinc est quod ait Lucilius: mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse.' In quibus Lucilii nomen errore positum, cetera autem prava memoria puto destructa esse; Afranii verba laudasse Lucilium statuit R. Bouterwekius quaestt. Lucil. p. 29, qui certe numeros poetae non adsecutus est. Cf. pervigilium Veneris v. 92 'sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium.'

1 me *Hermannus*, *om. cod.* 2 Amunculas *Hertzbergius mus. Rhen.* 13, 639 *persuasit Ritschelio opusc. II* 503, *qui* etiam Amyculas *temptaverat.* Amyclas *cod.* Amyclas enim *Hermannus* tacendo periisse *H. Keilius*, *cui in cod.* tacen ... erisse *apparuit*

II

Tu sénecionem hunc sátis est si seruás, anus.

Priscianus p. 618 P. 'senex senecio Afranius in Prodito: tu' e. q. s.

seruat *Bong.* sanus *Bamb.* ˢanus *Grut.*

III

. Remeligo a Láribus missa sum húnc quae cursum cóhibeam.

Festus p. 277 M. 'remeligines et remorae a remorando dictae sunt — ab Afranio in Prodito: remeligo a Laribus missa sum hanc quae cursum cohib[eam].' Cf. Roeperus Philol. IX 273 Remeliginem ipsam loqui recte O. Muellerus statuisse videtur.

Explere initium versus nolui, quia varia ratione fieri potest: nám Remeligo *aut* Rémeligo ergo, *alia ut mittam.* missa sum | Remelígo *e. q. s. Fabia revue de philol.* XVIII (1894) *p.* 142 hanc *cod.* huc *Vrsinus* cohibeam *Stephanus* cohib ... *cod.*

PROMVS

I

Vt scíre possis, ád quo te expediát loqui.

Nonius 76, 8 'ad quo pro in quantum.'
aquo F^1L

II

caue ne péndeas,
Sí fuas in quaéstione.

Nonius 111, 14 'fuam, sim uel fiam ... Afranius Promo: caue' e. q. s.

III

. pro manibus crédo habere ego íllos tentipéllium.

Festus p. 364 M. 'tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur, idemque Afranium dixisse in Promo: pro' e. q. s.

Vel nam (*s.* pol) pro *vel* proque *initio versus fuisse potest*; hercle *ante* habere *inserebat Kochius*

PROSA?

I

Non súm tam criminósa, quam tu, uípera:
Gannire ad aurem númquam didici dóminicam.

Isidorus differ. 86 'criminans autem, qui crimen inferat et cum suspicione quoque id faciat, qua re quis magis noxius uideatur, ut Afranius non sum, inquit, tam' e. q. s. Nonius 450, 11 'gannire cum sit proprie canum ... etiam humanam uocem nonnulli gannitum uocauerunt. Afranius Prosa: gannire ... didici.' (Persa ed. pr., probavit Neukirchius. Rosa Aldina)

II

Gallúm sagatum, píngui pastum táxea

Isidorus Orig. XX 2, 24 'taxea lardum' ('lardus' Wolfenb. Monac. German. 805. 806) 'est Gallice dictum. Vnde et Afranius in Rosa: gallum' e. q. s. (prosa Monac.)

sagatum *Gu. ab*, *ed. pr. II*, *Arevalus* saginatum *antea*

III

284^1 praeterea . . . (reses)

Festus p. 281 M. 'reses — — — — in rosa: praeterea ..... Pacuius' e. q. s.

PVRGAMENTVM

ita supérbiter 285
'Imperat

Nonius 515, 10 'superuiter. Afranius Purgamento: illa s. i.' (Pantaleonte Junius Priuigno: amanti Lipsius epist. quaest. V 25)

1 ita *scripsi* illa ω, *quod ut recte in versu stet, aut* enim *vel* sic *vel* nimis *vel aliquid ante* superbiter *inserendum aut cum Buechelero* illa imperat superbiter *ordinandum est*

REPVDIATVS

I

. . . te istuc fácere officiosé scio.

Charisius p. 187 P. 'officiose.'

facere *ed. pr.* face *cod.*

II

Repástina sere, út senex frugís ⟨feras⟩.

Festus p. 281 M. 'repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, cum aut siluester excodicatur aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascuus uel pecoribus herba uel hominibus satione — — Afranius in Repudiato: repastina' e. q. s.

repastina serati senex fugis *cod. Restituere versum et sententiam quam lenissime conatus sum, quamquam plus una ariolandi via patet, velut in octonario* sere ⟨ánte iuuenis⟩, ut *In illo* serati *latere* sere, Atti *Bothius coniecit* repastinas sero, senex, fucis ⟨tuas tibi rugas⟩ *duce Studemundo A. Luchs stud.* I 68

III

quanto fácilius
'Ego, qui ex aequo uénio, adducor férre humana 290
humánitus.

Nonius 514, 18 'humanitus.' (sic ed. pr. humaniter

ut p. 509 ω) 'Turpilius Pedio [XI] Cassius Hemina ... humanitus aguntur. Afranius Repudiato: quanto' e. q. s.

1 fallacius *Ba* 2 aequo *Mercerus* equo ψ ego *P* ferre *ed. a.* 1476 fere ψ fore *P*

IV

. . . perdit íngeni inbecíllitas
Turbátque me, quo sétius me cólligam.

IV sq. Charisius p. 195 P. 'setius pro minus Afranius in Repudiato [IV] sequius idem in eodem [V].'

1 ingeni *scripsi* ingens *cod.* 2 turbatque me quo *conieci* tuā equo *cod.* ⟨nisi⟩ inpediret i. i. Metusque me quo *olim proposui* ingens ínpedit 'Imbecillitas tua me quo *Bue*

V

Sín, id quod non spéro, ratio tális sequius céciderit

sequius *anapaestum aequare demonstravit Fleckeisenus mus. Rhen.* 8, 222, *quem nec Corssenus symb. crit. p.* 7 *nec Muellerus prosod. Plaut.* 467 *refutavit*

VI

age cúrre cursim ad Númisium
Occúlto.

Charisius p. 186 P. 'occulto, ut falso.'

VII

pauxilló prius
Mé conuenit.

Charisius p. 191 P. 'pauxillo prius.'

VIII

Festus p. 334 M. 'sexagenarios de ponte — — — uanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmauit Afranius in Repudiato.'

SELLA

I

Vsús me genuit, máter peperit Mémoria:
Sophiám uocant me Grái, uos Sapiéntiam.

Gellius XIII 8 'eximie hoc atque uerissime Afranius poeta de gignenda comparandaque sapientia opinatus, quod eam filiam esse Vsus et Memoriae dixit .... uersus Afranii sunt in togata, cui Sellae nomen est: Vsus me' e. q. s. Cf. inc. nom. I.

II

Pómum holus ficum úuam 300

Macrobius Sat. III 20, 4 (II 16) 'quid quod ficum tamquam non pomum secerni a pomis apud idoneos repperimus? Afranius in Sella: pomum' e. q. s.

Possis elegantiores etiam iambos pomum hólus f. u. *metiri*

SIMVLANS

Simvlans acta a. 697 eisdem ludis quibus Accii Eurysaces. De argumento vide hist. poes. Rom. I² 207.

I

Saéuiter ferre haéc te simula et gnátam ab illo abdúcere.

Nonius 511, 7 'saeuiter pro saeue ... Afranius Simulante: saeuiter' e. q. s.

simula *Gulielmius* simul *ω*

II

tui
Verétur, me ad te mísit oratúm pater.

Nonius 496, 27 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus [IV] idem Simula: tui .. peteret idem in Emancipato' e. q. s. (simulat om. Ba simulta P Simulante: tui Junius peteret idem H²W peteret H¹L petere Ba pater. et Rothius, recte ut vid.)

1 *sq. septenarium* út tui *e. q. s. expleat* tui] ui *Ba* pater *Fruterius, Mercerus: v. supra*

III

304/5 Haéc, Tite, tua póstprincipia atque éxitus uitiósae uitae

Cicero pro Sestio 55, 118 'uoces quidem et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt. Sed quid ego populi Romani animum uirtutemque commemoro libertatem iam ex diuturna seruitute dispicientis, in eo homine, cui tum petenti iam aedilitatem ne histriones quidem coram sedenti pepercerunt? Nam cum ageretur togata Simulans, ut opinor, caterua tota clarissima concentione in ore inpuri hominis inminens contionatast: huic ... uitae. Sedebat exanimatus: et is qui antea cantorum conuicio contiones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum uocibus eiciebatur. Et quoniam facta mentio est ludorum, ne illud quidem praetermittam, in magna uarietate sententiarum numquam ullum fuisse locum, in quo aliquid a poeta dictum cadere in tempus nostrum uideretur, quod aut populum uniuersum fugeret aut non exprimeret ipse actor.' Schol. Bobiens. 'togata] Afranii scilicet, quo in tempore gloriatur tantum populi fuisse consensum, ut et maledicis uocibus insectaretur et uotum suum de Ciceronis reditu fateretur.' Cantores de caterva, qui Graecis χορευταί, intellexit G. Hermannus opusc. I 298. 302; gregis vel catervae in exitu fabulae epilogum Fleckeisenus ann. philoll. 1875 p. 547 sqq., cui sententiae adversari videntur Ciceronis verba 'cum ageretur togata' et 'eiciebatur.'

haec *scripsi* huic ω tite (uitae *Bern.*) tua ω hinc discitote *vel* haec intueto *Bue senarios dimensus a cantico scil. alienos. Ipse olim audacius* haec, taeterrime, Tua póstpr. a. e. ⟨malae⟩ uitiosae u. *conieceram. Septenarios trochaicos alii:* ⟨spéctatores,⟩ hinc conicite p. atque e. | uítiosae uitae ⟨atque⟩ *Fleckeisenus* huíc licet tua ⟨exaequare⟩ *e. q. s. Kochius* ⟨spéctatores, em⟩ uidete *e. q. s. G. Loewe ann. philoll.* 1875 *p.* 856

IV

Ne ego íllos uelitántis auscultó lubens.

Nonius 246, 15 'auscultare, audire.'

uelitantes *Junius* ueltantis ω lubens H^2 *mg.* libens L^1 liuens GH^2P^1 liues H^1

V

Offéndit fregit rúpit icit póculo.

Nonius 124, 5 'icit significat percutit, ab ictu .... Afranius Simulantem: offendit' e. q. s. (Simulante Bentinus)

In simulantem *titulo* me *latere potest, sed vide coroll.* LXXV fregit *scripsi* regit ω frangit *Junius* fligit x rupit *scripsi* rumpit ω

VI

Vellem ínteruenissem ánte; nam ut signa índicant,
Hi cóniecere uérba inter sese ácrius.

Nonius 267, 27 'coicere est iacere ... Afranius Simulante: uellem' e. q. s.

1 signant GH^1P 2 conicere W coniacere GH coniaecere L^1 sese *Junius* se ω

VII

Nolí, mea mater, mé praesente cúm patre
Coícere. — Non, si noénu uis, ⟨o⟩ mél meum.

Nonius 267, 32 'coicere, confligere certare.'

1 noli, mea *Neukirchius* nolim ω noli *Mercerus* te nolim *Bothius* me] nae B 2 si noenu uis, o *scripsi.* sine nouis BGH^1 non uis (*om.* non sine) L sinen quis P sine non (non∗ W^1) uis φ si me uiuum uis *Mercerus* si mori me non uis *Neukirchius* si tute non uis x

VIII

Me míseram! numero ac néquiquam egi grátias.

Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium — — Afranius in Simulantē emisera numero' e. q. s.

(in Simulante) me miseram *H. Keilius* (in simulantē) emisera *cod.* ei misera *Augustinus* nequicquam *cod.*

IX

Vtí seruorum cáptus est, facíllime
Domo átque nostra fámilia protrúditur.

Donatus in Ter. adelph. III 4, 34 'ut captus est seruorum] id est, ut se habet conditio seruorum. Afranius in Simulante: ut is' e. q. s.

1 uti *scripsi* ut his *Dresd.* ut is φ captis *Dresd. Lugd.* 2 protruditur *an* prouerritur (*cf.* 64) *scribendum sit dubito* prouenditur ω uenditur *Afranio non convenire docuit Lachmannus in Lucr.* 121

SORORES

I

315 At púer est uescis ínbecillus uíribus.

Nonius 187, 3 'uescum, minutum obscurum (obstusum x) ... Afranius in Sororibus: at' e. q. s. Philargyrius in Verg. georg. III 175 'uescas, teneras et exiles. nam uescum apud antiquos significabat macrum, et quasi quod escam non reciperet. Afranius in Sororibus: at puer' e. q. s.

an *Philargyrius* uescis *Nonii* ω uescus *Philargyrius* inbecillis *EFH*^{1} *Nonii*

II

Nunc se óbsequentem atque hílare dixi praébeat.

Charisius p. 180 P. 'hilariter ab eo, quod est hilaris, hilare autem ab hilarus, ut Helenius Acron in Terenti adelphis ... sed et Afranius in Sororibus: nunc' e. q. s.

se *cod.* te *Fabricius, Bentleius in Ter. ad. II* 4, 23 hilare (*ut test. Acron*), *sc. obsequentem, Neukirchius* hilarem *cod.* hilaram *Bentleius. Cf. Lachmannus in Lucr.* 139 ut dixi *Fabricius, Bentleius* edixi *Machly: sed cf. coroll.* LXXV dictis *Bue* praebeat *Lindemannus* praebeas *cod., Fabricius et Bentleius*

SVSPECTA

Non adulescenti, sed adulescentis causa (I VI VII), si quid video, patri suspecta inducitur.

I

Ita ut huíc ero adulescénti, cui suspício me trádidit,
Qui mísere est animi exércitus.

Nonius 6, 8 'exercitum dicitur fatigatum, dictum ab exercitio ... Afranius Suspecta: ita' e. q. s.

1 ita] fida *aliquando volebam in trochaeis, et certe* fida *vel simile quid in sententia alicubi locum invenire debuit* ut. (*erasa litt.*) *H* aut L^1 suspicio me *conieci* suspicium ω suspectam

vel suspectum *Bothius*: *illud fuit cum probarem.* suspirium *Aldina* suspicionem *Neukirchius* supplicium *Madvicus* tradidi *Neukirchius* cui suspicio in me iram indidit *violentius videtur.* cui s. Curás dedit *in senariis Bue* 2 et qui *Neukirchius* misere *Fruterius*, *Bue* me *ω* mei *vel* med *Palmerius* nunc est *vel* meast causa *temptabam* exercitur L^1

II

Tamen ánimo ordire opórtet minime paúlulo ⟨rem⟩ paúlulam.

Nonius 39, 23 'ordire est ponere (promere x) incipere. Accius ... ordibor ... Afranius Suspecta: tamen' e. q. s. (ordiri $Ba^2F^2H^1$)

a minimo (*om.* tamen) *Bue* ordiri F^2H^1L oportet minime *scripsi* oportet me (me oportet *Vrbin.* 307) *ω* paula paululum (paulum *P*) *ω* pausa p. *Bothius* in re paulula *vel* rem paululam *Bue* tamen a. o. o. paulo paulula *vel* tandem, anime, o. o. in re paulula *conieceram*, *in quibus* anime *Bothius praeiverat*

III

Perfálsum et abs te créditum numeró nimis 320

Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium — — Afranius in Suspecta: perfalsum et abs te c. n. nimis, celeriter.'

IV

Nóli ex stultitiá multarum crédere esse animúm meum.

Nonius 519, 18 'ueterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant .... Afranius Suspecta: noli' e. q. s.

censere et arbitrari *post* stultitia *add. Ba aperto glossemate*

V

. . uiden tu láuere lacrimis mé tuum collúm, pater?

Nonius 466, 29 'lauare cum sit eluere et emaculare et aquis sordida quaeque purgare, uetustatis auctoritas posuit etiam polluere .... Afranius Suspecta: uident ut' e. q. s. (anguinius L^1) Idem 504, 15 'lauere inde tractum est ... Afranius Suspecta: uident' e. q. s.

uiden tu *Mercerus* uident ut *ω p.* 466 uident *ω p.* 504, *nisi quod* uiden *ms. Fabri utroque loco: cf. in Accii v.* 303 *Ba* largis lacrimis *Kochius* tuum *Junius* tum *ω p.* 504 tu *ω p.* 466

VI

Nón amatorem, ólim defensórem uti pereám uolet.

Nonius 358, 6 'olim temporis futuri ... Afranius Suspecta: non' e. q. s.

nunc *Mercerus*, *fort. recte* amatorum BGH^1 materem, *corr.* amaterem, *L* defensorem *cd. a.* 1498 defensore H^2LW defensor BGH^1 uti *scripsi* ut *ω* peream *L?* per eum *φ* perdam *vel* prodam *conieceram* peream, me *x* núnc amatore, o. defensore uti (= *χρῆσθαι*) per eum u. *Bue*

VII

Vt me ésse in hac re dúcat abs te extrárium.

Nonius 103, 10 'extrarium, quasi alienum.'

VIII

325 Adeo út te satias cáperet toti fámiliae.

Priscianus p. 694 P. 'ipsi pro ipsius Afranius in Homine ... toti' (totae Vossius) 'pro totius idem in Suspecta: adeo' e. q. s. Idem p. 717 P. 'quamquam inueniantur apud ueteres et nominum modo declinata' (unus ullus nullus solus totus alius) 'id est genetiuum in i, et datiuum in o desinentia. Nec solum haec, sed omnia quae simili declinatione proferuntur, sicut iam in superioribus ostendimus ... Afranius in Suspecta: adeo ... familiae, pro totius.'

toti≡ *Barb. p.*717 tote *Carolir. alter* totae *Darmst. c p.* 694, *Carolir. p.* 717 *cum aliis deterr.*

IX

Tuam máiestatem et nóminis matrónae sanctitúdinem

Nonius 174, 8 'sanctitudo pro sanctitas ... Afranius Suspecta: tuam' e. q. s.

X

. in Hortinos iám quantum pote éxplodam hominem,
ut uílicetur.

Nonius 186, 3 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse ... Afranius Suspecta: in' e. q. s.

Hortinos *quamquam a Bergkio opusc.* I 388 *adnot. spretum posui, quia a librorum certe memoria proxime abest: ceterum res incertissima.* horpinos ω Orpinos *Mercerus* Arpinos *Aldina* Hirpinos *Passeratius* Norsinos, *i. e.* Nursinos *Bergkius* Nortinos *Bue Vmbr.* 102, *quod praeplacet* *Supplendo initio multa* (*e. c.* pol, ego, nam) *apta sunt: nil septenario iamb. deesse visum Studemundo* pote L^1 potest *Vrbin.* 308 potes φ potis *Neukirchius* explotam F^1L uilice FL: *an* uilicet?

TALIO

Vos quíbus cordi est intrá tunicam manus laéua, [at] 328/9
dextra in eríle penum

Priscianus p. 659 P. 'hic et haec et hoc penus, et hoc penum .... Afranius in Talione: uos' e. q. s. (taliane, corr. m. pr., Reg. talione, i corr. in e, Barb. taleone Halb. Grut. Bong. Carolir.) Idem p. 713 P. 'hoc penum etiam Afranius protulit: in penum erile.' Eadem habet anon. Bern. in Hageni anal. Helv. p. 103, 17.

dextra *Reg.* in] intra *Grut.* in erile penum *scripsi, ut anapaesti fiant.* in (intra *Grut.*) penum (paenum *Reg.*) erile (*vel* herile) ω in penum erilem *Leo Pl. F.* 277 *contra Prisc. test.* altra in penum erile *Bue: cf. coroll.* LXXVI Vós quibus cordi est íntra tunicam laeua, dextera in penum herile *octonario trochaico Munkius et Neukirchius*; *item* uos ... tunicam laeua, dextra intra penum Erile *Hertzius.* uós ... tunicam manus laeua, at dextra in p. Eríle *olim dederam*

TEMERARIVS

quis hic est símia, 330
Qui me hódie ludificátus est?

Charisius p. 84 P. 'simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius in Temerario: quis' e. q. s.

THAIS

THAIS (Menandri?)

I

'Eaque ferme sé dedere mélius consultóribus
Quám restrictim cógitata atque ómnibus ratiónibus

Nonius 516, 8 'restrictim pro restricte. Afranius Thaide: eaque' e. q. s.

1 que *P* quae *φ* ferme H^1L^1P firme *φ* se dedere *Fruterius*, *Bue*: *cf. coroll.* LXXVI *sq.* sedere *ω* cedere *anon. ap. Quicheratium* 2 atque *Ba* utquae *HL* utque *W* ut *P*

II

Maiórem laudem quám laborem inuénero.

Ausonius Technopaegn. XII praef. 'scio mihi apud alios pro laboris modulo laudem non posse procedere: quam tamen si tu indulseris, ut ait Afranius in Thaide, maiorem' e. q. s.

TITVLVS

335 'Adpetis dominátum demens praémature praécocem.

Gellius XII, 8 'cum significandum autem est coactius quid factum et festinantius, tum rectius praemature factum id dicitur quam mature: sicuti Afranius dixit in togata, cui Titulus nomen est: adpetis' e. q. s. 'In quo uersu animaduertendum est, quod praecocem inquit, non praecoquem: est enim casus eius rectus non praecoquis, sed praecox.' Eadem fere Macrobius Sat. VI 8, 13. titulus Omen haud displicet Iano, unice verum esse tam confidenter quam inprudenter adfirmat Bergkius opusc. I 410: cf. coroll. LXXVII Titulus (sc. 'tabula auctionis') et Auctio eiusdem fabulae nomina videntur Io. Val. Franckio. Pauli de titulis ex Festo excerptum p. 366 M. 'tituli milites appellantur quasi tutuli, quod patriam tuerentur, unde et Titi praenomen ortum est' conferri iussit Thysius.

demens] ueteris *Par. Macrobii*, *ut* Veneris *subesse suspicari possis*

VIRGO

I

ferme uírgini

Iam créscit uterus tám quam grauidae múlieri. —
Molucrúm uocatur, tránsit sine dolóribus.

Festus p. 141 M. 'molucrum non solum quo molae teruntur dicitur, id quod Graeci *μυλήκορον* appellant, sed etiam tumor uentris, qui etiam uirginibus incidere solet, cuius meminit Afranius in Virgine: ferme' e. q. s. Pauli Festus p. 140 M. 'molucrum ... Afranius: uirgini, inquit, tam' e. q. s. Cf. Vseneri prooem. Gryphisw. 1866 aest. p. 8.

2 iam crescit uterus tam quam grauidae mulieri *scripsi.* tam crescit uterus quam grauidae mulieri *Paulus* tanquam grauidae mulieri *Festi cod.* tam crescit uterus quam grauidulae mulieri *O. Muellerus* 3 *Alteri personae tribui*

II

uerbis paúculis
Respóndit tristis uóce deductá ⟨mihi⟩,
Altéque se conquiésse dixit.

Macrobius Sat. VI 4, 12 'deductum pro tenui et subtili eleganter positum est. Sic autem et Afranius in Virgine: uerbis' e. q. s. Vitiata virgo narrasse dicitur, per altum somnum sibi vim inlatam esse, fere ut Pamphilae in Eunucho evenit.

2 ** deducta (*eras. ut vid.* in) *Par.* mihi *Bothius*, *om. libri*, *sed latere in sequenti* m *littera conicio* 3 alteque *Borb.* malleque *ceteri libri* conquiesse *scripsi* (*idem Fruterius coni.*) *tribus syllabis pronuntiandum* (*cf. ad Ennii trag.* 137 *adn.*) non quiesse *libri*, *sed* quieuisse *Par. a Borb.* deducta male Se non quiesse dixit *Bentleius* *Librorum auctoritatem tenet Bue*

III

. . . . ní ueniret quód nunc agitur ín solum.

Nonius 124, 20 'insolum, insolitum. Afranius Crimine [I] idem Virgine: ne' e. q. s.

ni *scripsi* ne (*om.* F^1) ω ueneret *P* nunc *Junius*, *om.* FH^1L num EH^2PW non *Vrbin.* 307 ne uenerit quod non agetur in s. *Bue*

IV

Aliís de rebus, ní qua coepistí super

Festus p. 305 M. 'super significat quidem supra — — uerum ponitur etiam pro de, Graeca consuetudine, ut illi

dicunt *ὑπέρ* — — Afranius in Virgine:' (uirginē cod.) 'alis' e. q. s.

aliis *Stephanus* alis *cod.* ni *Neukirchius* in *cod.* nec *O. Muellerus* sin *Bue* *Sententia haec*: '*aliis de rebus quibuslibet loquere, modo ne de hac qua super coepisti loqui.*'

V

Quo tú conmetas? — 'Vbi confixus désides?

Nonius 89, 33 'conmetare, conmeare ... Afranius Virgine: quo' e. q. s.

Personas distinxit Bothius defixus *Bentleius in Ter. heaut. III* 1, 35, *qui interrogari intellexit*

VOPISCVS

Cf. Plinius n. h. VII 10 'uopiscos appellabant e geminis qui retenti utero nascerentur altero interempto abortu' (de praen. 4). Geminum partum conceperat puella quaedam, quorum altero interempto abortu (I) ne vopiscum quidem sustulerat pater (II). Eum autem iam culpae paenitet (VIII), sed nuptiae, ut videntur, cum alia condictae (VII) prohibent quo minus reducendi illam desiderio satis faciat (V). Contra ab altera parte exponendi infantes ratio graviter defenditur (XI) maiorumque exemplis adulescenti honestius commendatur coniugium (XII). Praeterea mulier ex earum genere, quales Emanc. XXII tanguntur, imperiosa (XVII. XIX) anusque adulescentis amorem captans (XX. XXI) inducitur. Nec desunt parasiti (XIV), ancillae (XXII), servi (XXIII. XXIV) partes sollemnes. (Similia tamquam sua exposuit x in ed. Nonii II p. 121.)

I

345 Consédit uterum, nón ut omninó tamen

Nonius 230, 1 'uterus ... neutro Plautus ... uterum dolet. Turpilius ... uterum cruciatur mihi. Afranius in Vopisco: sedit' e. q. s.

consedit *Bue praeter alios* sedit *ω* uterum *pro accusativo graeco habeo. Coniciebam praeterea* sedauit

II

Nón dolorum pártionis uéniet in mentém tibi?
Quós ⟨ne⟩ misera pértulisti, ut pártum proicerét pater?

Nonius 217, 29 'partitudo et partio feminino . . . Afranius Vopisco: non dolorum' e. q. s.

1 uenit *malim* 2 ne *Bue*, *om.* ω tu *Hermannus* tum *Scaliger* miserula *Bothius* misella *x* partum ut *tacite Onions* patri *Vrbin.* 308

III

'Amentes, quibus ánimi non sunt íntegri, surde aúdiunt.

Charisius p. 194 P. 'surde.' Cf. Menandri *Ἀνεψιῶν* I: *φύσει γάρ ἐστ' ἔρως Τοῦ νουθετοῦντος κωφόν· ἅμα δ' οὐ ῥᾴδιον Νεότητα νικᾶν ἐστι καὶ θεὸν λόγῳ.*

amantes *cod.* amentes *ed. pr.* amens es *Bothius* nám amantes *conicias*

IV

. . quasi uerbum fécerim de isto út pote.

Charisius p. 198 P. 'utpote; Lucilius tertio * Plautus uero . . . et pro uerbo posuit: non enim pote . . . Afranius in Vopisco: quasi' e. q. s.

utpute *cod.*

V

Quo cásu cecidit spés reducendí domum
Quam cúpio, cuius ego ín dies impéndio
Ex désiderio mágis magisque máceror.

Charisius p. 182 P. 'inpendio. Afranius in Vopisco: quo casu cecidit' e. q. s. (sic Putschius. uopisc.... cas cecidit cod. uopisco cecidit ed. pr.)

2 impedio *cod.*

VI

. . . quia scit me íllam amare pérditim.

Charisius p. 191 P. 'perditim.'

VII

Igitúr quiesce, et quóniam inter nos núptiae
Sunt díctae, parcas ístis uerbis, sí placet.

Nonius 280, 23 'dicere etiam promittere ... Afranius in Vopisco: igitur' e. q. s.

1 quiesce et *Lipsius* quiescet ψ quiesce *A M* 2 dictae *suprascr. L*

VIII

Voluptátem capio máximam, cruciári tua te cúlpa,
Qui dé te et de illa péssime, quam déamas, promerére.

Nonius 97, 22 'deamare, uehementius amare.'

1 uoluptatem *Vrbin.* 307 uoluntatem φ te tua *tacite Onions* 2 de te *Scaliger* det (*in ras. W*) ω pessime *Palmerius* pessima ω promere *L*

IX

Di tíbi dent propria quaécumque exoptés bona.

Nonius 362, 14 'proprium rursum significat perpetuum .... Afranius Vopisco: dii' e. q. s. Comparavit Schneidewinus Homericum versum: *σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.*

propria dent *A*

X

. . sinunt di et pórro passurós scio.

Charisius p. 190 P. 'porro ... pro longius. Afranius in Vopisco: sinunt' e. q. s.

et nunc *supplendum esse monuit Bue* sinunt di et *cod., om. ed. pr.*

XI

360 Antíquitas peténda in principio ést mihi:
Maióris uestri incúpidioris líberum
Fuére.

Nonius 496, 3 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali .... Afranius Vopisco: antiquitas' e. q. s. Prologo adscribit F. Marx.

1 repetenda *Bothius* spectanda *x* 2 *Nominativorum formas* maioris ... incupidioris *mutare nolui.* cupidioris *Colb.*

XII

eius te súscitat
Imágo, cuius effígia, quo gnatú's patre.

Nonius 493, 1 'effigia pro effigies.'

1 eius *Bothius* cuius ω, *def. Bue* 2 quo gnatus Ba^2C *Leid.* 116 quodnatus Ba^1 conatus P^1 cognatus φ eius te suscitet Imago, cuius effigia es, quo natus, patris! *Bothius Fortasse sic scribendum*: non *vel* nonne eius te suscitat Imago, cuius effigia es, quo gnatu's patre?

XIII

memini mémoriter.

Charisius p. 89 P. 'memoriter ex eo fit, quod est memor, memoriose' (immo 'memorior') 'non dicimus nec memoriosius: non habet enim comparationem. Cicero ... et Afranius in Vopisco: memini memoriter, ut Romanus refert in libro de aduerbiis sub eodem titulo.' Idem p. 184 P. 'memoriter.'

XIV

équidem te numquám mihi
Parasítum, uerum amícum aequalem atque hóspitem
Cotídianum et laútum conuiuám domi

Nonius 235, 22 'aequales sunt similes et ex aequo.' Idem 337, 20 'lautum, elegans suaue ... Afranius Vopisco: equidem' e. q. s.

1 et quidem ω *p.* 235 ea quidem L^1 *p.* 337 nunquam acciui mihi *Bothius*: *supplendum sane* habui *vel simile quid* 2 rerum H^2P^3W 3 conuiuam *ed.* 1476 conuiuium (conuium G^1) ω *p.* 235 et conuiuium ω *p.* 337 (*nisi quod* lautum et *om.* BG)

XV

.... etením cottidiáno in rebus máximis
Propósitis qui noenúm potest quin meó sit nixus nómine.

Charisius p. 177 P. 'cotidiano.'

1 et énim *Leo Pl. F.* 304 2 qui propositis *cod.*, *transposui.* qui praepositis *ed. pr.* noenum *scripsi* nc̄, *i. e.* nunc *cod.* quí p. non *Bue* quin *scripsi* qui *cod.*

XVI

Homo múlierosus cónferet me alio ílico.

Nonius 28, 25 'mulierosi dicti mulierum appetentes.'

conferet me (*an* se?) alio ilico *conieci* confert me ilico alio *ω* alio confert me illico *Bothius* confert alio me ilico *Quicheratius* confert mé alio ilico *Bue*

XVII

Dum ⟨mé⟩ morigeram, dúm morosam praébeo,
Deinde áliquid dedita ópera controuérsiae
Concínno, laedo intérdum contuméliis.

Nonius 433, 28 'morata, quod est morigera, et morosa hanc habent distantiam, quod morosa est contrariis et peruersis moribus.' ('morata est morigera' inter 'quod' et 'morosa' inserit x) Idem 529, 6 'quotiens genere neutro plurali numero opera legerimus, significantur fabricae ... cum genere feminino numero singulari, intellegendum aut opus uel labor pro mercede sumpta ... Afranius Vopisco: deinde ... concinno.'

1 me *Passeratius*, *om. ω* 2 aliquid] id (*om. Colb.*) quod *ω p.* 529 controuersia *Ba p.* 529 3 eacinno *Ba p.* 529

XVIII

375 . . tumultuóse et cunctis cópiis

Charisius p. 197 P. 'tumultuose.'

XIX

Exclúdat uxor tám confidentér uirum?
Non fáciet.

Nonius 262, 16 'confidentia rursum temeritas, audacia .... Afranius Vopisco: excludat' e. q. s.

2 faciat W^1

XX

Si póssent homines délenimentís capi,
Omnés haberent núnc amatorés anus.
Aetás et corpus ténerum et morigerátio,
Haec súnt uenena fórmosarum múlierum:
Mala aétas nulla délenimenta ínuenit.

Nonius 2, 2 'nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... Afranius Vopisco: si possent' e. q. s. Cf. Menandri fr. 646 K.: *ἓν ἐστ' ἀληθὲς φίλτρον, εὐγνώμων τρόπος. Τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.* Addit Leo Pl. F. 130 Tibulli I 5, 43 Ovidii medic. 43 Eurip. Andr. 207

1 si] in F^1 delinimentis *Ba* 3 tenerumst *x*, *de quo iudicat Bergkius opusc.* I 398: *cf. coroll.* LXXVII morigeneratio *Ba H* multa *coniecerat* 5 *Personam mutat Quicheratius*, *qui antea* delinimenta *Ba*

XXI

ápage sis:
Dirám tuam animam in náribus primóribus
Vix pértuli edepol.

Nonius 427, 33 'primores summae quaeque res ... Afranius Vopisco: apage' e. q. s.

2 diram tuam animam *scripsi* cliuamtum animum *ms. Victorii* (*quamquam* cliuuntum *indicat Quicheratius*) *et*, *scr.* u *super* a *in* cliuam, *W* cliuum tum animum φ cliuum tuum: animam *Bue conl. Petron.* 62 apáge te sis: olidám tuam animam náribus p. *Bergkius* apáge sis, odium: túam animam in n. p. *cum hiatu Studemundus*: *cf. coroll.* LXXVII *sq.* 3 edepol H^1 etepol φ

XXII

nóui non inscítulam
Ancíllulam, uestrae híc erae uestíspicam.

Nonius 12, 17 'uestispici appellabantur uestium custodes serui, quod frequenti diligentia uestis inspiciant. Plautus Trinummo ... uestispici, unctor, auri custos. Afranius Vopisco: noui' e. q. s. (Deest hoc exemplum in Bamb.)

1 inscitulam *Gulielmius et Fruterius* inscituram (*vel* instituram) *ω* 2 ancillunam H^1, *unde* ancillulam unam *olim Onions* uestrae hic (*vel* hinc) erae *conieci* (*in dativis synaloepha caret offensione*: *cf. Leo Pl. F.* 327) uespere et *ψ*, *del. Duebnerus* ueste et *Vrbin.* 307, *in quibus* ues *syllabam olim pro dittographia habebam.* uestiplicam et *Bothius* nóui non inscitam ancillam uespere et uestispicam *Roeperus*, *eadem fere*, *sed* uestrae erae et u. *Bue*: et *certe abundat*

XXIII

male meréntur de nobís eri,
Qui nós tanto opere indúlgent in puéritia.

Nonius 502, 10 'accusatiuus pro datiuo ... Afranius Vopisco: male' e. q. s.

2 nos *Bentinus* non *ω*

XXIV

390 Tandem út possimus nóstra fungi múnera.

Nonius 497, 28 'accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo ... Afranius Vopisco: tandem' e. q. s.

possumus *Ba*

XXV

tu flagrióníbus

Nonius 28, 29 'flagriones dicti serui, quod flagris subiecti sunt, ut uerberones a uerberibus. Afranius Vopisco: tu flagrionibus. Priuigno [XIII].' Excidit post 'flagrionibus' cum ceteris Afranii verbis et novum lemma et nomen Afranii.

flagrioni nubes *Maehly*, *sed pluralem numerum indicat lemma*

XXVI

Tíntinnire iánitoris ímpedimenta aúdio.

Nonius 40, 14 'tintinnire dicitur sonare, unde et tintinnacula' ('tintinnabula' Junius) 'sunt appellata.' Festus p. 364 M. 'tintinnire est apud Naeuium [com. 114] hoc modo ... et apud Afranium: ostiarii impedimenta tintinnire audio' memoriter vel ex interpolato fonte.

XXVII

Hém quid hoc? perií, pertimui: quíd tumulti exaúdii?

Nonius 490, 1 'tumulti .... Afranius Vopisco: hem' e. q. s.

XXVIII

Quánta hic uociferátione fértur: ei miseraé mihi!

Nonius 503, 21 'feruitur aeque pro feruetur.' (pro feruetur Ba, Rothius pro feruit HW pro feruitur Leid.) Corrupto textu usus videtur glossator.

quanta hic *scripsi* quanti ω quanta *Bentinus* fertur: ei *scripsi* feruitur ei *Nonius*, *cui si fides habetur*, ei *delendum.* feruit: ei *Bothius*, *et videtur haec quoque lectio antiqua fuisse*

XXIX

Praefestinamus quaé sit causa scíscere, 395

Quod sít necessum scíre, praesertim ín breui

Charisius p. 186 P. 'necessum. M. Cato ... necessum Afranius in Vopisco: praefestinamus' e. q. s.

2 praesertim] proferte *Bue*, *post* sciscere *gravius interpungens*

XXX

Vbi quíd repentino húius consimile áccidit.

Charisius p. 193 P. 'repentino pro repente ... Afranius in Emancipato [X] idem in Vopisco: ubique' e. q. s.

ubi quid (*sic etiam Kochius*) *vel* cui *conieci* ubique *cod.* tibique *Bue* cum simile *ed. pr.*

XXXI

. id est intus áctum: periit ópera ni mirúm meae

'Ex animo fidélitatis.

Nonius 110, 1 'fidelitatem, id est fidem ... Afranius Vopisco: id' e. q. s.

1 *Potest vel ab initio* si *suppleri vel* idne *scribi*, *nisi forte aut* pridem est intus actum *aut* si ille est intus, actumst

praestat id enim si intus actum *Hermannus. Septenarios iambicos* ⟨utque íta⟩ id est i. a. | Perit *e. q. s. discribit Bue* periit *Vrbin.* 307 perit φ 2 mea ex animo *Hermannus* mea ea animo *Vrbin.* meaeaaio EH^2L^1PW meae accio FH^1 meae actio L^2

XXXII

Quaéque nunc offéndo semper prócul ⟨a⟩ nostra sínt mala.

Nonius 146, 32 'offendo, offenso.' (sic Montisp. Oxon. 'offensio' ceteri)

quaeque *vel* quodque *conieci* quoque ω semper *Bothius* sepae L^1 saepe E sepe φ ab aede *Mercerus* sint EF^2H sit F^1LW malum *conieci*

XXXIII

nam nutricatur [oliua]

Nonius 478, 25 'nutritur et nutricatur pro nutrit et nutricat . . . Afranius Vopisco: nam n. oliua.' Vltimum hoc pertinere ad Vergilii ge. II 425 exemplum 'nutritor oliuam' quod exciderit suspicatus est Quicherat.

num H^1 nutricatur *ed. pr.* nutricator ω

EX INCERTIS FABVLIS

I

. . . tugúrium est turpe

Festus p. 355 M. '[tugu]ria a tecto appellantur . . . . . sordida. Afranius in V . . . . . tugurium est turpe.' Sive Virgini sive Vopisco tribuendum.

sordidum *supplevit Vrsinus* est *cod. An* et?

II

Priapus

nám quod uulgo praédicant

Auríto me parénte natum, nón ita est.

Macrobius Sat. VI 5, 6 'auritos lepores non Maro primus

usurpauit, sed Afranium sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait: nam' e. q. s.

III

Cum ad méd expiras ét fabellare íncepis,
Ex óre mi oculis tuí bibones ínuolant. 405

1 quanto *Mercerus* quando ω, *prob. Bue* ergo *Bong.* uero *Sang. Prisciani* 2 sapui W^1 quin, *i. e.* quine *Nonius, nisi quod* quiin H^1P *habent* qui *Priscianus* quae *Bothius* *Intellegendum autem est* pugnis compressi, *nam ludit servus aliquis in verbo ambiguo: cf. Plauti Rud.* 1125 *coroll.* LXXXV *sq.*

II

séquere me!
Púriter uolo fácias: ⟨puro⟩ igni átque aqua uolo húnc accipier.

Nonius 516, 20 'puriter ... Nouius Virgine pregnante: sequere' e. q. s. Iocum explicavi coroll. LXXXVI.

1 me *om. O(xford.)*[1] 2 puriter *om. P* uolo hunc accipiter *Ba Leid.* 116 uolo hunc accipere φ accipere hanc uolo *Munkius* hunc igni atque aqua uolo accipi *Muellerus prosod. Pl.* 610

ZONA

I

'Atqui facilitátem, uideo, ⟨haut⟩ úteris uulgáriam.

Nonius 481, 21 'libertatem uti pro uti libertate ... Nouius Zona: atque' e. q. s. Idem 488, 25 'uulgariam pro uulgarem. Nouius Zona: atque' e. q. s. (zona W^1 zeno φ)

atqui (*vel* atquei) *scripsi* aquile *W p.* 488 aquae *BaCHL p.* 488 atque ω *p.* 481, *P p.* 488 facilitate *P p.* 488

II

dúriter me habére,

Vigilásse

Nonius 512, 3 'duriter pro dure ... Nouius Zona: duriter' e. q. s. (tona P)

EX INCERTIS FABVLIS

Fr. I Dotatae, II Herculi Coactori restitui.

III

olim expectáta ueniunt séptem Saturnália.

Macrobius Sat. I 10, 3 'licet et apud ueteres opinio fuerit septem diebus peragi Saturnalia, si opinio uocanda est quae idoneis firmatur auctoribus. Nouius enim, Atellanarum probatissimus scriptor, ait: olim' e. q. s.

Praecessit fortasse tandem ueniunt expectata *Munkius*

IV

Pér deam sanctám Lauernam, quaé ⟨mei⟩ cultrix quaéstuist

Nonius 483, 20 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus ... Nouius: per deam' e. q. s.

sanctam *HP* sancta φ Lauernam H^2, *Aldina* labernam (libernam *P*) φ quae cultrix quaestuisit ω (*sed* quae c. *om.* L^1 sit *om. Ba*): *vel* mei *vel* huius *inserendum conicio.* quae sit cultrix quaestuis *Bothius* quae cultrix quaesti siet *Quicheratius*

V

. huíc puellae praécoquis libído inest.

Nonius 150, 17 'praecox et praecoca, quod est immatura . . . Nouius: huic' e. q. s.

hercle *praemittas* huic *bisyllabum metitur Onions* praecoqui *Lachmannus ad Lucil. v.* 111 libido *edd.* liuido ω *Septenarii vel octonarii partem esse vult x*

VI

Est pédis unus íngens in nasó . .

Nonius 220, 25 'pedis, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est. Nouius: est pedis' e. q. s. (neuius Vrbin. 308)

Recte dimensus est Fleckeisenus situs *versum concludat*

VII

mília

Sex númmum in arcam démisi nummáriam.

Nonius 495, 25 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali . . . Accius Eurysace . . . idem Epinausimache . . . Nouius Eurysace: milia' e. q. s. (Erisace W Eurysacis nomen librarii errore positum esse vidit Munkius, cui frustra adversatur A. Dieterich Pulcinella p. 105)

2 demisi *Passeratius* dimisi ω

VIII[a]

Faúces foui 109[1]

VIII[a. b] Frontonis epist. IV 6 p. 69 Nab. (M. Caesar Frontoni) 'aqua mulsa sorbenda usque ad gulam et reiectanda fauces foui potius quam dicerem gargarissaui: nam est apud Nouium credo et alibi . . . . deinde uuis metendis operam dedimus et consudauimus et iubilauimus et aliquot, ut ait auctor, reliquimus altipendulos uindemiae superstites.' Cf. Vindemiatores. Non gargarissare, sed fauces foui pluraque alia, e. c. aquá sorbenda faúces foui usque ád gulam e Novio sumpta esse putat Buechelerus.

VIII[b]

110 . . . . . áliquot altipéndulos
Relíquimus uindémiae supérstites.

1 *sq. Numeros indicavi*

Fr. IX inter Naevianas quaere reliquias com. inc. XXIX.

X

113 quid plorás, pater? —
Mirúm ni cantem . . condemnátus sum.

Cicero de orat. II 69, 279 'me quidem hercule etiam illa ualde mouent stomachosa et quasi submorosa ridicula, non cum a moroso dicuntur; tum enim non sal, sed natura ridetur. In quo, ut mihi uidetur, persalsum illud est apud Nouium: quid' e. q. s.

1 *sq.* Quíd? ploras, pater? ‖ mirum ni (*vel* mirum quin *conl. Plauti Trin.* 495) cantem: condemnatus sum *septenarius placuit anonymo in Leutschii ind. philol.* 1870 *p.* 392, *item Bergkio. Inseri ego quidem* causa *vel* capitis *velim* 2 mirum *om. codd. mutili*

XI

115 Quánti addictust? — Mílle nummum. — Níhil addo:
ducás licet.

Cicero de orat. II 63, 255 'notissimum ridiculi genus cum aliud expectamus, aliud dicitur. Hic nobismet ipsis noster error risum mouet. Quod si admixtum est etiam ambiguum, fit salsius, ut apud Nouium uidetur esse misericors ille, qui iudicatum duci uidens percontatur ita: quanti . . . nummum. Si addidisset tantum modo ducas licet, esset illud genus ridiculi praeter expectationem, sed quia addidit nihil addo, ducas licet, addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, ut mihi quidem uidetur, salsissimus.' Naeuium Laudun.

addictust *mutili, nisi quod* adductust *Harl.* addictus *Laudun.* est adducta χ

XII

. . . . . sápiens si algebís, tremes.

Cicero de orat. II 70, 285 'praeter expectationem accidit, ut testem omnium risus obrueret. Huius generis est plenus

Nouius, et iocus est familiaris: sapiens ... tremes, et alia permulta.'

XIII

⟨Si⟩ sálliturus ístaec est, mittám salem.

Priscianus p. 910 P. 'sallio sallitum facit, sallo salsum ... Lucilius in VIII: sallere ... Inde etiam participia futuri salliturus et salsurus. Nouius: salliturus ... salem. Mummius' e. q. s. (Nouius Bamb. neuius Halb. Barb. lucuius, del. et sup. neuius, Reg. incui' Bong. lucius Grut. liuius Carolir. lucilius Sang., de quo tamen in editione Hertzius nihil testatur)

istec ē salliturus *Barb.* *Vtrum* est *an* es *verius sit dubito*

Fr. XIV Naevio reddidi, cuius inter inc. com. fr. extat XXVIII.

XV

dicteria

Macrobius Sat. II 1, 14 'Nouius uero Pomponiusque iocos non raro dicteria nominant.' (Neuius Bamb. Gud.)

Nescio unde hauserit Scaliger quod ex 'Vincentii epistola' Bernaysius p. 249 libri sui descripsit: 'concacare lectum barbarum est. percacare dicendum erat, ut Nouius Atellanarius dixit permerdare aliquem; Graeci *καταχέζειν τινός*.'

MVMMIVS

EX INCERTIS FABVLIS

I

† riunius

'Ad spectacula ést uidere, in téstu quantum sít caput.

Charisius p. 118 P. 'testu, ut genu Flauius Caper ueteres ait uti solitos. Mummius in atellania riunius ad spectacula' e. q. s. (Atellana Junius ed. pr. Atellania riunius edidit Keilius A. Ricinius coni. Hertzius Riuinus conieceram, sed Riuino expectares. Cf. Onomast. 'riuinus, *ἀντίζηλος*'

In Asinariae Plautinae argum. v. 6 'riuinus amens' seruaverunt libri. Iunius titulum tenet A. Dieterich Pulcinella p. 106. 108.

uiri unius | ad *prop. Bue*

II

nóstri maiorés uelut
Bene múlta instituere, óptime hoc : a frígore
Fecére summo séptem Saturnália.

Macrobius Sat. I 10, 3 'Mummius quoque, qui post Nouium et Pomponium diu iacentem artem Atellaniam suscitauit: nostri, inquit, maiores' e. q. s. (mīmius Par. Eyssenhardto teste. 'et Pomponium' om. Bamb.)

2 hoc optime *ω*, *transposui* 3 facere *Bamb. Par. f Borb. Gud. m. pr.* summo dies septem *ω*, *eieci glossema*

III

. . . . . ístaec sum multó sale
Salsúrus

Priscianus p. 910 P. 'salliturus et salsurus. Nouius . . . Mummius: istaec' e. q. s.

APRISSIVS (?)

Io búcco! — Quis me iúbilat? — Vicínus tuus antíquus.

Varro de l. l. VI 68 M. 'ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum; itaque hos imitans Aprissius ait: io bucco!' e. q. s. (chrisippus Vindob. Attius Scaliger. Conieci Aprodisius Aquisius, Buechelerus Apussius proposuit)

Septenarium iambicum dimensus sum, pro trochaico habuit x io *interiectione extra versum posita. Alia proposuit Spengelius* io *pyrrichium aequat in Plauti Pseud.* 703 uicinus antiquus tuus *x*

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Varro de l. l. VII 95 M. 'dictum mandier a mandendo, unde manducari, a quo in Atellanis Dossennum uocant Manducum.'

Dossenum O. Muellerus ad obsenum Flor. ad obscenum (obscoenum) Goth. Haun. Guelf. obesum L. Spengel Cf. Festi p. 128 'manduci effigies'. Plauti Rud. 535 Isidori gloss. (CGl. V 633 G.) 'dorsennus, persona parasitorum.'

II

Hospés, resiste et sóphiam Dossenní lege.

Seneca epist. 89, 6 'sapientia est, quam Graeci σοφίαν uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus: hospes' e. q. s.

sophiam *Rehd.* sophisma *Guelf.* sophian φ

III

Venít Dorsennus á uilla . . . . .

Suetonius vita Galbae 13 'quare aduentus eius non perinde gratus fuit: idque proximo spectaculo apparuit. Siquidem Atellanis notissimum canticum exorsis uenit Dorsennus a uilla cuncti simul spectatores consentiente uoce reliquam partem rettulerunt, ac saepius uersu repetito egerunt.' Chori seu catervae canticum hoc esse dicit G. Hermannus opusc. I 298.

De numeris cantici certi nil ausim adfirmare: initio versus fortasse post uénit *interiectio aliqua, fortasse* heu, *secuta est* Dorsennus *GA Schmidt in ephem. Darmst.* 1840 *p.* 1232, *item Lachmannus* ione simus ω, *nisi quod* onsimus *Viterb.* io, Onesimus *Muretus Dactylicum carmen* uénit Onésimus á u. *commendat Bue*

IV

Hírcus uetulús capreis náturam ligúrrit.

Suetonius vita Tiberii 45 'unde nota' ('mora' Rothius ex optimis libris) in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit: hircum uetulum capreis naturam ligurrire.'

Sotadium notavi, senarium ligúrrit naturam hírcus uetulus Cápreis *Bue proposuit*

V

Ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ . . .

* * *

Orcús uobis dúcit pedés . . . .

Suetonius vita Neronis 39 'Datus Atellanarum histrio in cantico quodam *ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ* ita demonstrauerat, ut bibentem natantemque faceret, exitum scilicet Claudi Agrippinaeque significans: et in nouissima clausula: Orcus uobis ducit pedes, senatum gestu notarat. Histrionem et philosophum' (Isidorum Cynicum, de quo sermo fuerat) 'Nero nihil amplius quam urbe Italiaque summouit uel contemptu omnis infamiae uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.'

1 *sq. Versus prioris numeri iambici, alterius bacchiaci videntur esse*

VI

Si quíd monumenti nácta est qui eum requíreret. — Est úngulus, quem ei ⟨uí⟩ detraxit ébrio.

Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus, ut . . . . . si quid' e. q. s. 'Pacuuius in Iliona [XVI].' Inter Atellanae fragmenta reliqui, quia Oscum esse vocabulum dicit Festus; quamquam minime certum id esse testimonium neminem fugere potest.

1 qui eum *Lindemannus* qui eorum *cod.* quor *O. Muellerus* 2 ei ui *scripsi* ei *cod.* ennius *Vat. R*

VII

casnar

Varro de l. l. VII 29 M. 'cascum uetus esse significat Ennius . . . item ostendit Papini (l. 'Pompili') *ἐπιγραμμάτιον*, quod in adulescentem fecerat Cascam . . . item ostendit quod oppidum uocatur Casinum . . . item significat in Atellanis ali-

quot Pappum senem quod Osci' ('Osce' Mommsenus) 'casnar appellant.' Cf. Festus Pauli p. 47 M. 'casnar senex Oscorum lingua.' Placidus in CGl. V 13 G. 'casinar, senex.' 15: 'casnari, seni Oscorum lingua.' Vaticana gl. ibidem IV 28 'casinar, senex' Isidori gl. 'canier, leuo' (immo 'casnar, leno') cf. Loewe Prodrom. 306 et carm. lat. epigr. 17 B.

VIII

Mesius

Varro de l. l. VII 96 M. 'in pluribus uerbis A ante E alii ponunt, alii non . . . ac rustici Pappum Mesium, non Maesium.' (Maesium Spengelius moesium Flor.)

IX

pellicula

Varro de l. l. VII 84 M. 'in Atellanis licet animaduertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto pelliculam.' Cf. Festus p. 330 M.

X

Cicero de divin. II 10, 25 'totum omnino fatum etiam Atellanio uersu iure mihi esse inrisum uidetur, sed in rebus tam seueris non est iocandi locus.'

XI

Terentianus Maurus 2394 (CGL VI 396 K.) 'frequéns in usu est tale metrum comicis uetustis, Atélla uel quis fabulis actus dedit petulcos, Quia fíne molli labile atque deserens uigorem Sonúm ministrat congruentem motibus iocosis.'

MIMVS

DECIMVS LABERIVS

ALEXANDREA

Quíd est ius iurandum? émplastrum aeris álieni . . . . .

Gellius XVI 7, 14 'sed enim in mimo, quem scripsit' (Laberius) 'Alexandream, eodem quidem quo uulgus, sed probe Latineque usus est Graeco uocabulo: emplastrum enim dixit *οὐθετέρως*, non genere feminino, ut isti nouicii semidocti. Verba ex eo mimo adposui: quid est' e. q. s.

Baccheos dimensus erat in M. Hertzii editione Fleckeisenus, iambos in epist. crit. p. 40 *hosce*: quid est iús iurandum? emplástrum alieni aerís . . *proposuit. Ego olim iambici octonarii frustum proposueram, tum trochaeos praetuli* quid est] quidem *Voss.*

ANNA PERANNA

Cf. Ovidii Fast. III 675 sqq.

I

Cónlabella ósculum.

Nonius 90, 21 'conlabella. Laberius annalium peranna: c. o.' (Anna Perenna Junius)

Creticos agnovit Bothius

II

gubernus. planus. nanus.

Gellius XVI 7, 10 'Laberius . . . praeterea in Anna Peranna gubernum' (sic correxi coroll. LXXXVI gubernium ω) 'pro gubernatore et planum pro sycophanta et nanum pro pumi-

lione dicit, quamquam planum pro sycophanta M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam pro Cluentio dixit.'

AQVAE CALDAE

I

. . . et iam hic me óptimus somnús premit,
Vt prémitur glis.

Nonius 119, 24 'glis, nominatiuus ab eo, quod sunt glires. Laberius in Aquis caldis: etiam' e. q. s. Laudat aliquis salutarem aquarum effectum.

1 opimus *Passeratius, quo ad supplendum senarium uti possis, si ante* optimus *inseras* 2 ut premitur F^2, *ms. Fabri* opprimitur φ eo premitur *Bothius. Coniciebam* quo premitur, *ut scripsit Passeratius*

II

podagricus

Charisius p. 58 P. 'podagrosus a podagra bene dicitur, sed et podagricus a pedum aegritudine, cuius exemplum apud Laberium est in Aquis . . . . . || Aeditumus' e. q. s. Sic cod. teste H. Keilio, qui adnotavit litteras a pe, aegri, in Aquis ab ipso quidem iam legi non potuisse, sed editionis princ. auctoritate satis defendi. Quod apud Putschium fertur exemplum podagricus non recessit, item in ed. pr. et apud Fabricium desideratur.

ARIES

Cf. inc. fab. XX.

Víx sustineo lássas clunes

Charisius p. 78 P. 'clunes feminino genere dixit Melissus, et habet auctorem Laberium, qui in Ariete sic ait: uix sustineo clunes scęuola et Horatius et lassas clunes.' (Sic cod. Neap. 'clunes melissus femī dixit oratius et lassos culunes et melius maſ dicitur' excerpta Paris. Collato anonymi de dubiis nom. apud Keilium CGL V p. 575 testimonio hoc 'clunes generis feminini, ut Scaeuola: lassas clunes' M. Hauptius in Ovidi Halieut. p. 74, quem Keilius secutus est, sic scripsit: vix sustineo clunes . . . . et Horatius: pulchrae clunes [sat. I 2, 89], et Scaevola: lassas clu-

nes: de Scaevola poeta lascivo disputavit idem in soc. Saxon. annall. 1846 p. 49 sqq.)

AVGVR

lárgiter fecí lucri 8/9

Charisius p. 183 P. 'largiter idem Modestus ait quantitatis. Denique Laberius in Augure: largiter, inquit, lucri feci.'

lucri (luti *cod.*) feci *Charisius, transposuit Bue*

AVLVLARIA

Homo ébriatus sómno sanarí solet. 10

Nonius 108, 8 'ebriolare, ebrium facere, et ebriacus' (ebriatus H^1, Bentinus) 'ebrius. Laberius in Hetaera [I] idem in Aulularia: homo' e. q. s. Ex Plauti, cuius frustum aliquod antecesserit, Aulularia sumptum arbitratur Ritschelius Parerg. I 142, cui adsentitur Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308 in Augure coni. Stephanus.

ebriatus H^1*?* *Bentinus: cf. v.* 52 ebriacus *ω*, *vocalem* a *longam metitur x* ebriosus *G. Fabricius*

BELONISTRIA

. . . domina nóstra priuignúm suum
Amát efflictim.

Nonius 104, 25 'efflictim, uehementer . . . Laberius Bellonistria: domina' e. q. s. (Belonistria Junius) Cf. inc. fab. X.

1 *sq. Septenarii frustum* dómina nostra p. s. ámat e. *praefert Bue Cf. coroll.* LXXXVI

CACOMNEMON

Hic est ílle gurdus, quem égo me abhinc mensés duos
ex 'Africa
Aduénientem excepísse tibi narráui . . . . .

Gellius XVI 7, 8 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter . . . item in Cacomnemone: hic est, inquit, ille' e. q. s. Cf. Quintilianus I 5, 57 'gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.' CGl. IV 84 G. 'gurdus, ineptus uel inutilis.' Loewii Prodr. 82: 'brutus, gurdus'.

1 *Fortasse* hic ílle est menses duos *Bothius* duos menses *ω* 2 aduenientem *vel* huc uenientem *conieci* uenientem *ω*, *quod servabat Fleckeisenus numeros trochaicos disponens*

CAECVLI

15/6 Non íntellexi. — ⟨Crédidi⟩ te Maúricatim scíre.

Charisius p. 184 P. 'mauricatim Laberius in Caeculis: non' e. q. s. Nomen fabulae Gaetulis voluit esse Bergkius opusc. II 751, contra mimi argumentum ex schol. Veron. Verg. Aen. VII 681 repeti posse monet Bue.

non intellexi *Putschius ex cod. Dousae, om. notata lacuna ed. pr.* ñ int . . . . . *linea extrema cod.* credidi *inseruit Bergkius, om. cod. Idem personas distinxit numerosque constituit*

CANCER

Nec Pýthagoream dógmam doctus . . .

Priscianus p. 679 P. 'neutra eiusdem terminationis' (a) 'Graeca sunt et addita tis faciunt genetiuum . . . haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini . . . . Laberius in Cancro: nec' e. q. s. Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helveticis p. 98, 33 'Laberius Pythagoream dogmam doctus pro dogma posuit.' Idem p. 109, 3 'Laberius uero dixit: P. d. doctus est.' Cf. inc. fab. XXI.

doctus est *anon. Bern. p.* 109, *ut fortasse* doctust *fuerit, nisi primo pede mancum senarium habemus*

CARCER

Hómo frugi, quod tíbi relictum est rétines miserimúnium.

Nonius 214, 20 'miseria, ut saepe, generis feminini. Neutri Laberius Carcere: homo' e. q. s.

retines miserimonium *Bothius* (retine *idem* 2) miserimunium retines *ω*, *nisi quod* miserimunium *vocabulum varie deturpatur.* miserimonium obtines *Quicheratius*

CATVLARIVS

Catvlarivs, sc. mimus interprete Ritschelio.

I

⟨Et⟩ égo mirabar quó modo mammaé mihi
⟨Sic⟩ déscendiderant.

Gellius VI (VII) 9, 18 'Valerius Antias in libro historiarum LXXV uerba haec scripsit: deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catulario ita scripsit: ego mirabar' e. q. s.

1 *sq. Trochaei Bergkio, iambici septenarii* (modo | mammaé) *placuerunt Buechelero* descendiderant *edd., om. Vat. Reg. Guelf.*

II

Numne áliter hunce pédicabis? — Quó modo? —
Video, ádulescenti nóstro caedis hírulam.

Nonius 122, 11 'hillas intestina ueteres esse dixerunt ... Laberius [inc. fab. XII] idem Catulario: neue' e. q. s. Cf. Scylax.

1 *sq. senarios constitui, personas distinxit Bothius* numne *scripsi* neue *ω* nonne *Quicheratius* hunce *scripsi* hunc *ω* genialiter nunc *prop. Bue* 2 hirulam *scripsi* hillam FH^1 hilla *L* illa EH^2PW ilia *Bue* hillas *Junius* hirulas *x*

CENTONARIVS

Laberiani tituli non meminit Marquardtus vitae priv. Rom. 567. 698. Cf. CIL V 1019. 3411 Bormannus inscr. Sassin. 26. 29. 30 sqq.

quare tam árduum
Ascéndas? scindere án concupiisti eúgium?

Nonius 107, 32 'eugium, media pars inter naturalia muliebria ... Laberius in Centonario: qua re' e. q. s.

2 ascen *om. ceteris P* ascendis *Junius* ascendisti *Bothius* scindere an concupiisti eugium *scripsi* an (aut *Vrbin.* 307) con-

cupisti eugium scindere *ω* an concupiuisti e. Scíndere *Bothius*
Trochaeos áscendas an cóncupisti eúgium ⟨per⟩scíndere
metitur A. Brock quaestt. gramm. (*Dorpat.* 1897) *p.* 152

COLAX

Figúra humana nímio ardore ignéscitur.

Nonius 481, 7 'ignescitur pro ignescit. Laberius Colace: figura' e. q. s.

figurae humanae *Bothius* nimio ardore *Bothius* inimici ardore *ψ*, *tuetur Bue* nimo nelore *Palat.* uini ardore *coni. x* animi candore *conicio*

COLORATOR

Colorator: cf. IN 4260 CGl II 103, 21 (cf. 27) G.: colorator *στιλβωτής*.

itaque léni pruna cóctus
Simúl sub dentes múlieris uení, bis ter memórdit.

Gellius VI (VII) 9, 4 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit. . . . Item Laberius in Gallis . . . Item idem Laberius in Coloratore: itaque' e. q. s.

1 coctus *scripsi* percoctus *ω* quasi percoctus *Bue*

COMPITALIA

I

. núnc tu lentu's, núnc tu susque déque fers:
Matér familias tua ín lecto aduersó sedet,
Seruós sextantis útitur nefáriis
Verbís.

Gellius XVI 9, 4 'significat autem susque deque ferre animo aequo esse et quod accidit non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere et propemodum id ualet, quod dicitur Graece *ἀδιαφορεῖν*. Laberius in Compitalibus: nunc' e. q. s.

1 nunc *nolui, ut versum explerem, bis ponere:* a *vel* em *vel aliam interiectionem excidisse puto* tu lentu's *Fleckeisenus* tu lentus est *Thuan.* tu lentus es φ tu lentescis *Bothius* lentus es tu *Scaliger* nun *Reg. Magl.* non *Voss.* fers *om. Lugd.* 2 sanatur familiã *Paris.* tua (*ras. sup.* a) *Paris.* 3 sextantis: *cf. Cicero de or.* II 62, 254 sex tantũ *Thuan.* uerbis nefariis utitur ω, *transposuit Bothius*

II

quó quidem
Me á matronalí pudore prólubium meretrícium
Prógredi coégit.

Nonius 64, 11 'prolubium . . . Laberius Conpitalibus: quo' e. q. s.

2 ad prolubium *Guietus* meretricis ω, *correxi*

III

Séquere ⟨me⟩ in latrínum, ut aliquid gústes ex Cynica haéresi.

Nonius 212, 9 'latrina . . . neutro Laberius Conpitalibus: sequere' e. q. s.

seque F^1 me *Bothius, om.* ω gustes H^2, *ed.* 1526 gustus φ

IV

malas malaxaui

Gellius XVI 7, 7 'Laberius . . . item in Compitalibus: m. m.'

malaxauit *Paris. Lugd.* *An* málas malacissáui?

COPHINVS

I

cum prouíncias
Dispóliauit, colúmnas monolitás, labella e bálineis

Nonius 544, 32 'lineas' (lenas Aldina lenis Junius) 'uasi genus Afranius Fratr. XXI: labella lenis. Laberius in Cofino: cum . . . labella lenis.'

2 despoliauit *Bothius* molitas *Ba* e balineis *scripsi* lenis ω lineis *vel* lineas *Nonius legisse videtur.* labella lenis *ex Afranii loco huc translata esse adfirmat x*

II

manuatus est

Gellius XVI 7, 1 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter. Nam et mendicimonium dixit et moechimonium et adulterionem adulteritatemque pro adulterio et depudicauit pro stuprauit et abluuium pro diluuio et quod in mimo ponit, quem Cophinum scripsit, manuatus est pro: furatus est. et item in Fullone [I] multaque alia huiuscemodi nouat.' Itaque quo in mimo mendicimonium et moechimonium et adulterio et adulteritas et depudicauit et abluuium locum habuerint, e Gellio quidem non elucet. Nonius autem quae tradit p. 140, 31: 'mendicimonium et moccimonium' (moechimonium Bentinus) 'Laberius in libro quem Cropium' (Cophinum Mercerus) 'inscripsit. in eo uerba haec inueniet qui doctrinae studium putauerit adhibendum. in eo libro quoque maustus' (manuatus Bentinus), 'quod est furatus, inuenire est.' Itemque p. 70, 3 'adulterionem pro adultero Laberius quoprino:' (coprino BaH^2 quo primo W^1 quiprino F^1 Caprino Mercerus Cophino Junius) 'quem si quis legere uoluerit, ibi inueniet et fidem nostram sua diligentia adiuuabit' ex nullo alio fonte nisi ex eodem Gellio hausit eiusque de uno vocabulo testimonium temere ad reliqua transtulit. Cf. Hertzius annall. philoll. 1862 p. 724.

CRETENSIS

40 fármacopoles símium

Deamáre coepit.

Charisius p. 84 P. 'simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius . . . Laberius tamen in Cretensi ait: farmacopoles' e. q. s.

2 deamare *Putschius* te amare *cod.* occipit *Putschius* *Vnum senarium* deamáre coepit phármacopoles símium *Bue effinxit*

EPHEBVS

I

Licéntiam ac libídinem ut tollám petis
Togátae stirpis.

Macrobius Sat. VI 5, 15 'decenter et his epithetis Vergilius usus est ... pro Romanis gentemque togatam, quorum altero Sueuius, altero Laberius usus erat .... ac .. Laberius in Ephebo [I] idem infra [II].'

1 petis *om. Par. a*

II

Idcírco ope nostra dílatatum est dóminium
Togátae gentis. 45

1 opera *Med. a*

FVLLO

I

. . manuarí, pudorem pérdidisti.

Gellius XVI 7, 3 'Laberius ... item in Fullone furem manuarium appellat. Manuari, inquit, pudorem perdidisti, multaque alia huiusce modi nouat.'

II

. . . utrum tu húnc gruem Baleáricum an homi-
ném putas
'Esse?

Nonius 208, 19 'grues ... masculino Laberius in Fullonicis: uirum' e. q. s. Fullonica vel Fullonia x Cf. Novii Fullonicum. De cirris gruis Balearicae Plinius n. h. XI 122.

1 *An senarius est* utrum tu húnc *e. q. s.? Cf. Muelleri prosod. Plaut.* 152 utrum *Scaliger, Gulielmius* uirum *ω* tum *Par. Q* 2 esse *del. Quicheratius* utrum húnc gr. B. an hominém putas? *Bue* uérum (*s.* át utrum) tu gruem B. hunc esse anne h. p.? *x*

GALLI

de íntegro património
Meó memordi númmum centum mília.

Gellius VI (VII) 9, 3 'Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit . . . item Laberius in Gallis: de integro' e. q. s. Nonius p. 140, 24 'memordi peposci pepugi spepondi in ueteribus lecta sunt . . . Laberius in Callis: de integro' e. q. s.

2 meo memordi nummum centum milia *Bothius* meo centum milia nummum memordi ω, *sed* nummum *om. P Minus probabilis ordo* centum nummum milia, *vel haec numerorum distributio*: de íntegro Património meo céntum nummum mília Memórdi. *Septenarium* de íntegro p. memórdi centum mília *Bue commendat*

GEMELLI

Nón putaui hoc eám facturum . . . . . .

Gellius I 7, 12 (in hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem: hanc sibi rem praesidio sperant futurum, neque mendum esse neque uitium) 'item Laberius in Gemellis: non putaui, inquit, hoc eam f. Non ergo isti omnes soloecismus quid esset ignorarunt, sed et Gracchus dicturum et Quadrigarius futurum et facturum et Antias processurum et Plautus occisurum et Laberius facturum indefinito modo dixerunt.'

HETAERA?

I

'Ebriulati méntem hilaria arrípuit . . . . .

Nonius 108, 4 'ebrulare, ebrium facere, et ebriatus, ebrius. Laberius in there: ebriulati' e. q. s. (ebriolare Carrio Emend. I 2 e ms. Parisino ebriulare edd. thore P^1 Cithera Junius Hetaera Carrio e 'libris sanctioribus')

ebriolati *Carrio Emend. I 2 ex ms. Paris.* ebruilati φ hilaria F^3, *Bothius* hilariam φ hilaram *edd.* arripiunt *edd.*

II

Nec pálmularum púlsus nec portísculi

Nonius 151, 28 'portisculus' (postisculus Bamb. pertisculus ms. Fabri) 'proprie est hortator remigum, id est qui eandem perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur . . . Laberius Cythera: nec' e. q. s. (Hetaera Carrio Emend. I 2 e 'sanctioribus' libris)

palmularum *Carrio* palmarum ω porticuli L^1

IMAGO

. . . genius géneris ⟨est⟩ nostrí parens.

Nonius 119, 29 'genius generis.' Laberius Imagine: genius' e. q. s. (genus L^1 genius φ)

geniusque parens generis nostri *Bothius* genus nostri parens *senarii exitum deleto* generis *x* (*cf. coroll.* LXXXVII)

LACVS AVERNVS

I

Versórum, non numerórum numero stúduimus. 55

Priscianus p. 712 P. 'uersi quoque pro uersus Laberius in lacu Auerno: uersorum' e. q. s.

numerorum *scripsi ut Bue* numerum ω, *quod suppleto olim initio* tot *ita tueri conabar, ut* numero *pro adverbio haberem et* numerum studuimus *coniungerem*

II

Scínde una exoléto ⟨huic⟩ patienti ⟨hánc⟩ catulientém lupam.

Nonius 90, 32 'catullire' (immo catulire, ut scripsit Guietus) 'esurire' ('est surire' Gesnerus) 'uel libidinari. Laberius in Lacu balerna: scinde' e. q. s. (lacuba . . elerna P^1 Lacu Auerno Bentinus)

una una *W* una cum *Quicheratius in septenario iambico* exoleto *Aldus* exculeto F^3H^1 excoleto φ exolete *Bothius* huic patienti *scripsi* inpatientem *W* inpatienti φ exsoletum inpatientem ac *Bue* catulentem F^1L^1

III

amorabunda

Gellius XI 15, 1 'Laberius in Lacu Auerno mulierem amantem uerbo inusitatius ficto amorabundam dixit. Id uerbum Caesellius Vindex in commentario lectionum antiquarum ea figura scriptum dixit, qua ludibunda, ridibunda et errabunda dicitur ludens et ridens et errans.'

LATE LOQVENTES

Latine loquentes suspicatus est Ritschelius Parerg. I 143: sed cf. CGl. II 409 G. '*πλατυλόγος* latiloquens.' Medicus quidam ineptus in anthol. XI 382, 5 *πλατυλέσχης* dicitur. Academicorum *πλατυρημοσύνη* ridetur a Timone sill. fr. XXXXII W.

I

sed dum populária
Agimús per ludum

Nonius 150, 26 'populatia, ut nugalia uel puerilia. Laberius Late loquentibus: e dum' e. q. s.

1 sed *scripsi* et FH^1 e φ haec *Scaliger: alia ariolari facile est* popularia *Gesnerus* puerilia ω populacia *Aldina*

II

Quí pedem ex tabérna tulimus, tántus cum instarét pluor.

Nonius 220, 32 'pluuia . . . masculini Laberius Late loquente: qui' e. q. s.

instaret *Hauptius* staret ω

NATAL

I

cippus. obba. camella.

I sq. Gellius XVI 7, 9 'Laberius . . . item in mimo, qui inscribitur natal, cippum dicit et obbam et camellam. et pittacium et capitium. Induis, inquit, capitium, t. p.'

natal Par. Q Dan. Magl. Voss. Z m. 2 (nata m. 1) nata. l. Voss. X nata. L. Petav. Natalicius Fleckeisenus Natalis vel Natta Bothius pittacium Reg., om. Lugd. pittaciu Magl. pictacium Petav. capitatiū Par. Q

II

'Induis cápitium, túnicae pittácium.

capitium *Par. Q m.* 2 captiū *Voss. X* captiuū *Par. Q Voss. Z Reg. Magl. Voss. X m.* 2 induis Cápitium tunicae pittacium *ordinavit Fleckeisenus: mihi tetrameter creticus catalecticus videtur*

NECYOMANTIA

Propter fr. II non ante annum 710 actam fuisse monuit Fleckeisenus epist. ad Hertzium p. 39. Inlustraverunt idem Mommsenus hist. Rom. III[8] 591 et Bergkius opusc. I 408 sq.

I

Dum diútius retinétur, nostri oblítus est.

Gellius XX 6, 6 'non paucis in locis nostri atque uestri dictum, non nostrum aut uestrum. . . . Laberius in Necyomantia: dum' e. q. s. (necromantia Magl. recentt.)

detinetur *Magl. Reg.*

II

Duás uxores? hércle hoc plus negóti est, inquit cócio: Séx aediles uíderat.

Gellius XVI 7, 12 'item in Necyomantia cotionem peruulgate dicit, quem ueteres arillatorem dixerunt. Verba Laberi haec sunt: duas' e. q. s. (necromantia Magl.)

1 hercle hoc *Bothius* hoc hercle (*s.* hercule) *ω* negocii *Paris.* negotio *Reg.* est inquit *ψ, recte defendit Bergkius opusc.* I 408 eet. Quid *Paris.* ēēn quid *Lugd.* cocio (*ut CIL* IV 2416) *ω* coctio *praecipit Pauli Festus p.* 51, *ita Plautus Asin.* 203: *cf. Fleckeisenus mus. Rhen.* 8, 231 *Corssenus symb. crit.* 16 *Loewii Prodr.* 285 2 Qui sex *Bergkius: retinui sermonem proverbialem, cuius exempla praeter alios Hauptius ind. lectionn. Berol.* 1868/9 *quaedam composuit.*

NVPTIAE

Aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

Nonius 126, 30 'iniquat.'

indigna *Passeratius et Fruterius* indignat BaH^1L^2M indignant CF^1 indignanti EH^2PW indignatione *Onions*

PARILICII

Parilicii, ludi scilicet.

Foríolus esse uidére: in coleós cacas.

Nonius 114, 13 'foria, stercora liquidiora ... Lauerius in Panilicis: foriolus' e. q. s. 'foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet uentris.' (Paliliciis Bothius: Pariliciis ad Compitaliciorum exemplum conieci. Paliliis vel Pariliis x)

uidere *olim scripsi* uideres $EFHLW^1$ uideris PW^2 foriolu's ut uidere *proposuit* CFW *Muellerus* in coles *Bue* coleos, *del.* in, *olim scripsi. Cf. Priap.* 69, 4 fóriolus uideris esse, quia c. in c. *Luchs stud.* I 70

PAVPERTAS

I

Nihílne refert, móllem e lanitia 'Attica
An pécore ex hirto ⟨dúrum⟩ uestitúm geras?

Nonius 212, 21 'lanitium genere neutro ... feminino Lauerius Paupertate: nihil' e. q. s.

1 nihilne *scripsi* nihil ω nil *Bothius deficiente primo pede* enim nil *Bergkius* 2 pecore ex hirto *Marquardtus vitae Rom. priv. p.* 460 pecore ex hircorum ω, *in quibus vide an* pecore ex hirto hirsutum *lateat* ex hircorum pecore *Muretus* tergore ex hircorum *Bergkius* pectore ex hircorum *olim scripseram* durum *Bue*, crassum *inseruit Marquardtus* uestitum *Lipsius* uestium ψ uestigium *W*

II

Vísus hac noctú bidenti ⟨sum Hérculi⟩ proptér uiam
Fácere.

Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt . . . melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate . . Pomponius in Atellana [Gall. Transalp.] Laberius in Paupertate: uisus' e. q. s. (paupere Vrbin. 307) Cf. Gellius XVI 6.

1 noctu *Quicheratius* nocte ω nocte ego *Bothius* bidenti *scripsi* bidentis ω bidente *Leopardus* sum Herculi *addidi, om.* ω: *cf. Festus p.* 229 'propter uiam' *et Macrobius Sat. II* 2, 4 facere sum propter uiam *clausulam versus fuisse non inprobabiliter coniecit Quicheratius*

III

. . . . . meó licentiátu

Nonius 212, 5 'licentiam feminino. Masculino Laberius in Paupertate: meo l.'

licentiatu *Guietus* licentatus ω

PISCATOR

pugillar 71[1]

Beda de orthogr. CGL VII 285 K. 'Laberius in Piscatore singulariter hoc pugillar dixit.' Charisius p. 75 P. 'item laber . . . singulariter hoc pugillar dicit.' (Ita enim cod.; 'item * singulariter' ed. pr.) Cf. CGl IV 152, 32 G.

RESTIO

I

Demócritus Abderítes physicus phílosophus
Clipeúm constituit cóntra exortum Hyperíonis,
Oculós effodere ut pósset splendore aéreo.
Ita rádiis solis áciem effodit lúminis, 75
Malís bene esse né uideret cíuibus.
Sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
Volo élucificare éxitum aetatí meae,
Ne in ré bona esse uídeam nequam fílium.

Gellius X 17 'Democritum philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est, uirum praeter alios uenerandum auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se priuasse, quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus uegetiores et exactiores fore, si eas uidendi inlecebris et oculorum impedimentis liberasset. Id factum eius modumque ipsum, quo caecitatem facile sollertia subtilissima consciuit, Laberius poeta in mimo, quem scripsit Restionem,' (restitionem, rectionē, rectiorem codd., correxit Fruterius) 'uersibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit, sed causam uoluntariae caecitatis finxit aliam, uertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc aput Laberium dicit, diuitis auari et parci, sumptum plurimum asotiamque' (cf. Ritschelius opusc. II 397) 'adulescentis uiri' (immo filii aut seruei uiuide Bothius) 'deplorantis. Versus Laberiani sunt: Democritus' e. q. s. Nonius 106, 20 'elucificare, dictum a luce. Laberius [77 sq.].' Cf. Menandri fr. 83 M. *τυφλὸν ὁ πλοῦτος καὶ τυφλοὺς Τοὺς ἐμβλέποντας εἰς ἑαυτὸν δεικνύει.*

1—8 *Disposuit hos versus Fruterius Veris. II* 13 6 ego] ito *Nonii ω* cito *vett. edd.* fulgenti *Gellii ψ praeter Voss., Nonii ψ praeter E W* splendorem *Gellii ed. Torn.* splendore in *Gellii ω* splendore *Nonii ω* pecunia *Gellii Voss.* 7 uolo elucificare *Nonius* uelo (euolo *Voss.*) lucificare *Gellii ψ* aetatis *Nonius* 8 ne *om. Lugd.* uideam esse *Gellii ψ praeter Voss.*

II

talabarriunculi

Gellius XVI 7, 6 'Laberius ... item in Restione talabarriunculos dicit, quos uulgus talabarriones.' (Sic libri omnes, calabarriunculos vulgo. Num caballariunculos an tabellariunculos ut Falsterus?) Cf. gloss. Vatic. in A. Mai auct. class. VIII 590 'tabelliones, aleones. taberniones, tabernae sectatores.'

SALINATOR

80 Nón mammosa, nón annosa, nón bibosa, nón procax

Gellius III 12, 4 'bibosum dictum nondum etiam usquam repperi, nisi apud Laberium; neque aliud est quod simili inclinatu dicatur. Non enim simile est ut uinosus aut uitiosus

ceteraque, quae hoc modo dicuntur: quoniam a uocabulis, non a uerbo inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, uerbo hoc ita utitur: non' e. q. s.

annosa] *Cf. M. Hertzius exped. philol. clin.* 13 anosa *R. Klotzius* pannosa *Studemundus conl. Martiale* III 72, 3

SATVRNALIA

botulus. homo leuenna. 80[1]

Gellius XVI 7, 11 'Laberius . . . atque item in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, botulum pro farcimine appellat, et hominem leuennam pro leui.' (bortulum Paris. leuennem susp. Bothius)

SCYLAX

Eundem mimum esse quem Catularium statuit Scaliger nec adversatur Ritschelius Parerg. I 158. Cf. Petronius c. 64

. . . . lubídinitate lábitur

Nonius 491, 4 'lubidinitas pro lubidine. Laberius in Scylace: l. l.' (Colace coni. Junius)

libidinitate *Ba* (*etiam in lemmate*), L^1

SEDIGITVS

Grúndientem aspéxi scrofam . . . . . .

Nonius 114, 29 'grunnire dicuntur porci, quod eorum proprium uocis est . . . Laberius in Sedicito: g. a. s.' Idem 465, 1 'grundire cum sit proprie suum, ut Laberius in Sedicit: grundientem a. s.' (Sedigito Bentinus) Cf. Plinius n. h. XI 244.

grundientem et *O p.* 465 scrofum *Ba p.* 465

SORORES

I

Hoc uóluit clipeum cóntra peluem próici.

Nonius 196, 24 'clipeus generis masculini . . . neutro

Vergilius: et clipeum super intonat ingens. Licinius Macer . . . clipea portant. Lauerius Sororibus: hoc' e. q. s.

clypeum *edd.* clipeus ω proici contra peluem *x propter Velium Longum CGL* VII 65 *K. cf. v.* 94 *Caecil.* 134. contra p. Próici *Onions*

II

84/5 Laus nómine gloria aléscit.

Nonius 248, 4 'adolescere (alescere x) crescere, unde adulescentem dicimus. Lucretius lib. II: donique adulescendi' ('alescendi' Lachm.) 'summum tetigere cacumen. Laberius in Sororibus: laus' e. q. s.

Paroemiacum agnovit Lachmannus Lucr. p. 140 nomine H^2LW nomine agendi nomine GH^1 nomen *Lachmannus. An* nomini'*?* alescit GH^1L^1, *Lachmannus* adolescit H^2L^2W dolescit *P* laus cúm adolescit, nominatur gloria *Bothius: eadem sententia eis quae in textu posui exprimitur. Iambos* laus nomen g. Adoléscit *olim metiebar*

III

Ecástor mustum . . . . . somniculósum.

Gellius IX 12, 11 'item C. Caluus in poematis laboriosus dicit, non ut uulgo dicitur qui laborat, sed in quo laboratur . . . eadem ratione Laberius quoque in Sororibus: ecastor, inquit, m. s.' (soporibus Bern. Lugd. Par.) Nonius p. 172, 30 'somniculosus, quod ad somnos uocet.' (sic Mercerus. 'uacet' libri)

mustum *Mercerus* multum ω *Ludere possis* ecástor mustum ⟨praébuit⟩ multúm s. *Displicent trochaei*

STAMINARIAE

Nihil lucis titulo aut Petronii verbis c. 41 'staminatas duxi' aut Buecheleri apud Friedlaenderum commentario (aliter idem in Ritschelii opusc. II 510) accedit. De mimo Staminario cogitat Woelfflinus mus. Rhen. 43, 308.

Tóllet bona fidé uos Orcus núdas in catómium.

Gellius XVI 7, 4 'Laberius . . . neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiore uulgi usu ponit, quale est in Staminariis: tollet' e. q. s. Cf. Cicero ad fam. VII 25 'uereor ne in catomum Catoninos.' De locutione 'in catomum' disseruit

Roensch ann. philoll. 1883 p. 211 sqq. cf. CGl V 594 G. 'catamaiti, ergastulum.' 595 'catomain, ergastulum' ('catomium' Scaliger. Fort. 'catomoin' = *κατ' ὤμοιν*)

Iambicum octonarium cum Bothio Bergkius commendavit ortus *Magl. Lugd.* corus *Aem. Baehrens* catomium *Juntina, prob. Prellerus myth. Rom.* II 63 catonium *Gellii Lugd. X, tuebatur Salmasius* catomum *φ*, *Turnebus.* Charonium *Ascens., Loensis Misc. epiph. III* 5

STRICTVRAE?

Sine língua caput pedárii senténtia est.

Gellius III 18, 9 'uersum quoque Laberi, in quo id uocabulum' (pedarius) 'positum est, notari iussimus, quem legimus in mimo, qui Stricturae inscriptus est: caput' e. q. s. scripturae *χ* scriptura Ascens., Bergkius opusc. I 391: ariolando proferri multa possunt, e. c. secturae structurae al.

sine lingua caput *Fleckeisenus* caput sine lingua *ω* pedani *χ* pedaria *vulgo* cáput ut sine lingua (*vel* sine lingua caput) pedari ⟨nimirum⟩ sententiast *Bergkius* capút sine lingua ⟨in curia⟩ sententiast pedari *coni. Bue* sine l. aput pedarium s. est *Lachmannus ad Lucil. v.* 1098

TAVRVS

. . . . . hietantúr fores

Diomedes p. 336 P. 'hiare et hietare . . . Laberius etiam in Tauro passiuo modo enuntiauit: hietantur fores, inquit, pro eo sane, quod est hietant, id est patent.'

TVSCA

I

. . . . . dóminus ⟨est⟩ nostér tua 90
Lúculentitáte captus.

Nonius 135, 3 'luculentitatem a luculento . . . Lauerius Tusca: dominus' e. q. s. (Thucca H^1L^1 Tucca H^2 L^2W)

noster] nt L^1 est *ante* tua *inseruit Bergkius*, nunc *ante* noster *x* dóminus luculentitate captus ⟨est⟩ noster tua *Bothius*

II

Cóncitata móbilitatam ménte maestas . .

Nonius 137, 27 'mestas pro mestifices' ('moestificas' Junius) 'Laberius Tusco: concitatam' e. q. s.

concitata F^1H^2 concitataą L concitatam H^1W mobilitatam *Bothius, om.* F^1H^2L mobilitata φ mentem *Vrbin.* 307 mente me *Bothius* maesta P *Fortasse* mulierem *in exitu versus fuit, nisi forte* mente me maestas magis *praestat*

III

. . . . . bípedem bliteam béluam

Nonius 80, 25 'blitea, inutilis, a blito, herba nullius usus . . . Laberius in Tucca: b. b. b.' (Tusca Bothius)

IV

. . . . . inridentér petit

Charisius p. 181 P. 'inridenter: Laberius in Tusca: inridenter petit.'

VIRGO

I

Amóre cecidi támquam blatta in péluim.

Nonius 543, 26 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria' ('uasa' x) 'perluuntur' ('pelluuntur' Colb.), 'unde ei nomen est. Lauerius Virgine: amore' e. q. s.

peluim *trisyllabum: cf. Caecil.* 134

II

95 Sí quidem meá colustra frúctus fecisset . .

Nonius 84, 13 'colustra, lac concretum in mammis Lucilius ... Lauerius in Virgine: siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte.' Ex quibus [cre]terris sumere aquam ex fonte verba Naevii Lycurgo (XVII) restitui.

fructus *scripsi* fretus ω fartus x

III

álienum appetónibus

Viae éxpeditae déuerticula s⟨únt⟩ . .

Nonius 74, 8 'appetones ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine: alienum' e. q. s. (apetones H^2L apectones HP apeditones Colb. Dan. appeditones Ba Liberius Ba)

1 apetonibus *ω* 2 expeditae *Bue* perditae (perdite *Ba*) *ω* paratae *x* deuerticulas (diuerticulas *Ba*) *ω*: sunt *in ultima littera* s *latere olim animadverti* mala *suppl. Bue* bona *x*

EX INCERTIS FABVLIS

I

Prologus

Necéssitas, cuius cúrsus transuersi ímpetum
Voluérunt multi effúgere, pauci pótuerunt,
Quo mé detrusit paéne extremis sénsibus!
Quem núlla ambitio, núlla umquam largítio,
Nullús timor, uis núlla, nulla auctóritas
Mouére potuit ín iuuenta dé statu:
Ecce ín senecta ut fácile labefecít loco
Viri éxcellentis ménte clemente édita
Summíssa placide blándiloquens orátio!
Etenim ípsi di negáre cui nil pótuerunt,
Hominém me denegáre quis possét pati?
Ego bís tricenis ánnis actis síne nota
Equés Romanus é Lare egressús meo
Domúm reuertar mímus. ni mirum hóc die
Vnó plus uixi míhi quam uiuendúm fuit.
Fortúna, inmóderata ín bono aeque atque ín malo,
Si tíbi erat libitum lítterarum laúdibus
Floréns cacumen nóstrae famae frángere,

Cur cúm uigebam mémbris praeuiridántibus,
Satis fácere populo et táli cum poterám uiro,
Non mé flexibilem cóncuruasti ut cárperes?
Nuncíne me deicis? quó? quid ad scaenam ádfero?
Decórem formae an dígnitatem córporis,
Animí uirtutem an uócis iucundaé sonum?
Vt hédera serpens uíres arboreás necat,
Ita mé uetustas ámplexu annorum énecat:
Sepúlcri similis níl nisi nomen rétineo.

I—III Macrobius Sat. II 7 'Laberium asperae libertatis equitem Romanum Caesar quingentis milibus inuitauit, ut prodiret in scaenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed potestas non solum si inuitet, sed etiam si supplicet cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his uersibus: Necessitas' e. q. s. 'In ipsa quoque actione subinde se qua poterat ulciscebatur inducto habitu Syri, qui uelut flagris caesus praeripientique se similis exclamabat: [II] et paulo post adiecit [III]. Quo dicto uniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes inpotentiam eius hac dicacitate lapidatam. Ob haec in Publilium' (sic Par. 'Publium' vulg.) 'uertit fauorem.' Narraverat eadem Gellius in libro VIII, cuius capitulum 15 hoc est: 'quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta: atque inibi appositi uersus super eadem re eiusdem Laberii.' Adlusit Cicero de off. I 31, 114 'suum quisque igitur noscat ingenium . . . ne scaenici plus quam nos uideantur habere prudentiae. illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt . . . . ad quas igitur res aptissimi erimus, in eis potissimum elaborabimus. sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura meditatio diligentia, ut ea si non decore at quam minime indecore facere possimus' e. q. s.

1 impetu *Ba m. pr.* 3 me] modo *Regin.* detrusti *Scaliger, qui Graece vertit hunc prologum* 4 nulla inquam *Gud.* nulla quem *Bothius* 6 in iuuenta potuit *Par.* 8 clementi *Heinsius* 10 de *Ba* 11 quis] qui *susp. H. Meyerus* 12 trecenis *Par.* 13 e *Fruterius, om.* ω ex *Scaliger* 15 *om. Par.* 16 Forma *Ba m. pr.* 18 florens *Lipsius* floris ω 21 flexibilem me ω, *transposuit Muretus* (*mus. Rhen.* 33, 245) flexilem me *Bue* 22 nuncine *Schneidewinus*

nunc ω *An* quor? 24 iocundae ω 25 hedera *Par.* 26 enecat *Par.* necat φ 27 sepulchris *Ba*

II

Porró, Quirites! líbertatem pérdimus. 125

III

Necésse est multos tímeat quem multí timent.

Seneca de ira II 11, 3 'occurrat hoc loco tibi Laberianus ille uersus, qui medio ciuili bello in theatro dictus totum in se populum non aliter conuertit, quam si missa esset uox publici adfectus: necesse' e. q. s. Cf. Syri sent. 338 et fals. 217 p. 127 W. Pseudoseneca de moribus 61 et cod. Cusanus p. 113 'qui a multis timetur, multos timet.' Ausonius septem sap. sent. 4, 5 p. 150 W. 'multis terribilis timeto' (al. 'caueto') 'multos.' Solon apud Anton. Meliss. serm. *περὶ βασιλέως* (Orelli opusc. Graec. sent. I 162, 19) *ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν πολλοὺς φοβείσθω* et alii. Cf. Macrobius laudatus ad fr. II.

IV

Non póssunt primi esse ómnes omni in témpore.
Summum ád gradum cum cláritatis uéneris,
Consístes aegre, níctu citius décidas.
Cecidi égo, cadet qui séquitur: laus est pública. 130

Macrobius Sat. II 7, 7 (Publilius Syrus) 'cum mimos componeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus Romae per Caesaris ludos, omnes qui tunc scripta et operas suas in scaenam locauerant prouocauit, ut singuli secum posita inuicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recusante superauit omnes, in quis et Laberium. Vnde Caesar adridens hoc modo pronuntiauit: fauénte tibi me uíctus es, Laberi, á Syro: statimque Publilio palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. Tunc Publilius ad Laberium recedentem ait: quícum contendísti scriptor, húnc spectator súbleua. Sed et Laberius sequenti statim commissione mimo nouo interiecit hos uersus: non possunt' e. q. s. (Publilius nomen exhibet Paris. ubi Publius vulgatur.)

3 consistentes *Palat.* agere, *sup.* egre, *Gud.* nictu *scripsi* nec *Med. a b* neç *Angl. Med. c* et φ citius quam

ascendas *Par.* citius quam descendas *Ba* citius quam escendas *Schneidewinus* decidas *Ba* decides *Par.* cades *Schraderus* nimio citius decides *conl. Plauti Trin.* 387 *Bue*

V

Autúmno, ubi caurus pópulis decídua folia pándit.

Nonius 100, 9 'decidua, quae decidant, ut occidua, quae occidant. Laberius: in altum non' e. q. s.

